
Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio auxilij diuini. vt deus dignet̄ cri-
minib⁊ noſtris ignoſcere. vt ſicut ſurgim⁹ de lecto ꝛ rumpimus noctem
ſic xp̄s rumpat peccata noſtra ꝛc. ¶ Conſtrue O optime creator omniū
rerū. ꝛ o (rector noſter aſpice nos). i. reſpice ſᵉ oculis miſericordie. ꝛ nos
(libera). i. eripe (a q̄ete noxia). i. mala. qꝛ que carnem delectant mala ſunt
ſancte anime. ꝛ ſupple libera nos (merſos ſopore) id eſt peccato. qꝛ peccan-
do miſeri ſumus

¶ Te ſancte chriſte poſcimus. ignoſce tu criminibus. ad cō-
fitendū ſurgimus. moraſq́ʒ noctis rumpimus

Ideo (poſcimus). i. dep̄camur (te ſancte chriſte. ignoſce). i. parce (cri-
minib⁊). i. oīb⁊ peccatis noſtris. ꝛ ergo qꝛ peccauim⁹ (ſurgim⁹) ſcʒ de vir-
tute in virtutē (ad ꝯfitendū) ſupple tibi pctā (q́ʒ) pro et (rumpimus mo-
ras). i. impedimēta (noctis) id eſt dyaboli.

¶ Mentes manuſq́ʒ tollimus. prophetam ſicut nouimus.
nobis gerendum precipit. pauluſq́ʒ geſtis cenſuit

Conſtrue (tollimus). i. ſubleuam⁹ (mentes). i. cogitatiōes (et man⁹)
id eſt opatōnes (ſicut nouimus ꝓphetam) ſcʒ dauid (p̄cipit). i. iubet (nob
gerendū). i. faciendū ꝛ ſurgendū noctib⁊ dicens Media nocte ſurgebam
ꝛc. (q́ʒ) pro et (Paulus cenſuit). i. in ſcripturis ſuis indicauit dicēs. Ro-
ma. xiij. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere (geſtis). i. factis ſuis qꝛ pau-
lus de nocte laborabat ꝛ in die p̄dicabat Et nota q̄ paul⁹ plus labora-
bat ceteris apoſtolis. qꝛ in nocte cophinos faciebat vn̄ victualia habuit.
et qđ ſuperauerat pauperib⁊ erogabat

¶ Vides malum quod geſſimus. occulta noſtra pandimus
preces gementes fundimus. dimitte quod peccauimus

Et qui es creator omniū rerū (vides malū qđ geſſimus). i. fecimus. ꝛ
quia vides. ideo (pandim⁹ occulta noſtra). i. manifeſtamus peccata. ſcʒ ꝑ
confeſſionem (gementes) id eſt ſuſpirantes (fundimus tibi preces) id eſt
oratōes. ꝛ ideo (dimitte) id eſt dona nobis veniam. de hoc (quod pecca-
uimus) id eſt commiſimus.

NOx et tenebre et nubila. confuſa mūdi et turbida. hic
intrat albeſcit polus. chriſtus venit diſcedite

Materia huius hymni eſt exclamatio quam facimus contra dyabo-
lum. et imploratio auxilij dei vt diuerſitas peccatorum ꝛ eorundē enor-
mitas a nobis recedant ¶ Conſtrue. O (nox) id eſt dyabole Item

nox multis modis accipit̃.aliqñ pro ira.aliquãdo pro tempore. aliquãdo pro dyabolo.aliqñ pro obſcuritate Et notate ꝙ ideo illa noīa ſcȝ nox tenebre ⁊ nubila poſuit.ad terrendũ.qꝛ tenebrarũ terrores voluit ꝑ illa exꝰprimere.iō dixit (o tenebre).i.peccata (⁊ nubila).ſ.diſcordie hereticoꝝ.(⁊ turbida mundi).i.turbatōnes ⁊ ſeditōes (confuſa).i.ꝑmixta (diſcedite).i.recedite.qꝛ ſicut nox diem ⁊ ſicut colũba accipitrem fugit.ſic peccatum iuſticiã ⁊ dyabolꝰ xp̃m fugit Recedite inquã ⁊ operamini qꝛ (xp̃s venit).i.appiquat.⁊ (h)ſc xp̃s (itrat) ſcȝ mẽtes fideliũ (polꝰ).i.corpꝰ (albeſcit).i.niteſcit ſcȝ bonis operibꝫ.⁊ ſic bñ ⁊ ſancte viuẽdo xp̃s itrat corda nr̃a.

Caligo terre ſcinditur.percuſſa ſolis radio.rebuſq̧ iam calor redit vultu nitenti ſideris

Caligo terre.i.obſcuritas noſtra.vel ſecretũ hereticorũ (ꝑcuſſa).i.illuminata (radio ſolis).i.diuino verbo (ſcindit̃.i.diuidit̃) ⁊ (calor).i. vigor ſpũſſancti q̇ ſcȝ receſſit ꝓpter p̄ſentiam tenebrarũ (iam redit).i.reuerſus ē (rebꝫ).i.corporibꝫ ⁊ animabꝫ noſtris (vultu nitenti ſideris) id eſt ſplendore ſpũſſancti qui eſt verus ſol

Te chriſte ſolum nouimus.te mente pura et ſimplici.flendo et canendo queſumus.intende noſtris ſenſibus.

O (xp̃e nouimus te ſolũ) ſcȝ redemptorē ⁊ illuminatorē.ergo (te) ⁊ nō aliũ (pura mente ⁊ ſimplici).i.ſine hypocriſi (queſumꝰ flendo) ſcȝ pctã noſtra (⁊ canẽdo).i.laudando te de beneficijs tuis (intende).i.prebe aſſenſum (noſtris ſenſibꝫ).i.intentionibꝫ

Sunt multa fuſcis illita.que luce purgẽtur tua.tu lux eoꝝ ſideris vultu ſereno illumina.

(Multa) id eſt multe virtutes (ſunt illita).i.inuncta vel vncta (fuſcis) id eſt nigris coloribꝫ Fuſcus color dicitur falſus color qui mixtꝰ inter alios colores offuſcat nos (que) ſupple mala (purgentur tua luce) id eſt tuo ſplendore.bene dico (tua luce) qꝛ o tu xp̃e es (lux eoꝝ ſideris) id eſt orientalis ſcilicet patris.⁊ ideo nos (illumina ſereno vultu) id eſt claritate ſpirituſſancti

Celi deus ſanctiſſime.qui lucidum centrum poli candore pingis igneo augens decoro lumine

Materia huius hymni eſt laus quam conſona voce ſcȝ corde et opere tenemur deo ꝑſoluere.qꝛ ad vtilitatē noſtrã oīa ꝓduxit.ſcȝ celum ⁊ terrã ⁊ multa alia Nam primo fecit celũ ⁊ terrã.poſtea mare.deinde ſolē ⁊ et lunam ⁊c̃. Rogamus ergo vt ad brauium ſue remunerationis nobis omnibꝫ dimittendo peccata nos per ſui amoris gratiam faciat peruenire.

O (ſanctiſſime deus celi.qui pingis) id eſt decoras (lucidũ poli centrum)

id eſt ſpaciū vel pūctū poli.ſeu zodaicū per quē ſigna duodecim decurrūt ¶ Item zodias animal interpretatur Centrū vero ē medietas ſpere.ſed hic poſuit centrū pro toto celo (igneo candore) .i.ſplendore (augens decoro lumine) ſcʒ cū pictura planetarū ⁊ diuerſarū ſtellarū

¶ **Quarto die qui flammeam ſolis rotam cōſtituens. lune miniſtrans ordinem. vagos recurſus ſiderum**

Supple tu ꝗ es (conſtituēs rotā ſolis flāmeā) .i. ardentē (quarto die) ¶ Notandū ꝙ per quattuor dies mundꝰ ſine ſole permanſit qꝛ pͥma die facta eſt angelica creatura Secūda die factū ē celū ⁊ aer Tercia die facta eſt terra ⁊ aqua Quarta die factus eſt ſol ⁊ luna Quinta aūt die facti ſūt piſces ⁊ aues Sexta vero die facta ſunt animalia ⁊ homines Et tu sͤ es (miniſtrās) .i. tribuens (ordinē lune. ⁊ vagos ſyderū recurſus) .i. varios curſus. qꝛ ſtelle nō ſemper currūt eodem curſu. vel dꝛ quantū ad planetas nam planetarum vagus eſt curſus. quia alius eſt curſus ſolis. alius lune alius aliorum ſiderum ⁊c̄.

¶ **Ut noctibus vel lumini direptōis terminum. primordijs et menſium ſignum daret notiſſimum**

Et quare fecit deus p̄dicta. vt luna (daret terminū direptiōis) id eſt ſeparatōis ſeu diuiſionis (noctibꝫ vel lumini) .i. diei (et daret notiſſimū) id eſt certiſſimū (ſignū pͥmordijs) .i. pͥncipijs (menſium) qꝛ menſis habet triginta dies parū plus vel minus ⁊c̄.

¶ **Illumina cor hominum. abſterge ſordes mentium. reſolue culpis vinculum. euerte moles criminum**

Et quia tu feciſti hec omnia (illumina cor hominum ⁊ abſterge) id eſt munda (ſordes) id eſt prauas cogitatōes (mentium) ſcʒ noſtrarū. ⁊ reſolue .i. diſſolue (vinculum culpis) .i. a peccatis. ⁊ (euerte moles criminū) .i. magnitudines peccatorum

n **Nox atra rerum contegit terre calores omniū. nos cōfitentes poſcimus. te iuſte iudex cordium**

¶ Materia huius hymni eſt rogare deum vt ipſe caliginem mentis et corporis a nobis expellat. Rogamꝰ etiam in hoc hymno clementiam omnipotentis dei. vt nos defendat et protegat ab antiquo hoſte. ſcilicet dyabolo. et expellat intrinſecam obſcuritatem mentis et corporis. et vt dignetur nobis ſui luminis claritatem concedere reſeruando nos a pctis ¶ Conſtrue (Atra nox) id eſt dyabolus vel peccatum (contegit) id eſt obtenebrat (calores) id eſt illuminationes (omnium rerum terre) Nam ob hoc non neceſſe eſt nec etiam vtile ibi morari. vbi ſcimus ꝙ noctis obſcuritas omnia contegit. calores herbarū ⁊ ceteraꝝ rerum in ſuis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

profundis tenebris obducit ⁊ ſepelit Sed cum hoc ꝙ nunc lucem ſideris habeamus in mente. ⁊ hoc in medijs noctibus. i. cum mundus ſedet in tenebris ⁊ plus creſcunt incendia carnis. tunc ſurgamꝰ ꝯfitentes deū ſcꝫ iudicē cordiū noſtroꝝ. ⁊ ideo dr autor (O iuſte iudex). i. ꝯſcrutator (cordiū). i. mētiū (nos ꝯfitētes) ſc tibi peccata noſtra (poſcimus te). i. rogamꝰ ea que ſunt vite ſcꝫ miſericordiam ⁊ gratiam.

¶ Tu auferas piacula. ſordeſqꝫ mentis abluas. doneſqꝫ chriſte gratiam. vt arceantur crimina

¶ O iuſte iudex cordium. i. animaꝝ noſtrarum (auferas). i. deleas (piacula). i. grauia peccata. ⁊ (abluas). i. purges (ſordes). i. ſuggeſtiones dyabolicas que pungūt nos (qꝫ) pro et (o chriſte dones). i. tribuas (gratiā) ſpūſſancti. ⁊ ad quid (vt crimina). i. peccata (arceanť). i. expellanť a nobis

¶ Mens ecce torpet impia. quam culpa mordet noxia. obſcura geſtit tollere. et te redemptor querere.

¶ Dico ꝙ expellanť crimina. ⁊ quare. quia (ecce impia mens) id eſt aīa peccatrix (torpet) id eſt pigreſcit (quam) ſc mentem (culpa noxia) id eſt mala (mordet) id eſt pungit. ⁊ mens (geſtit) id eſt cupit (tollere) id ē depellere a ſe (obſcura) id eſt peccata (⁊ geſtit) id eſt cupit (querere te) ſc chriſtum (o redemptor). i. ieſu ſaluator

¶ Repelle tu caliginem intrinſecus qꝫ maxime. vt in beato gaudeat ſe collocari lumine

¶ Et quia mens geſtit te querere. tu (repelle). i. remoue (intrinſecus) id eſt ex anima (caliginē). i. cecitatē peccatorum (qꝫ maxime). i. precipue. vt ipā mens (gaudeat ſe collocari in beato lumine) id eſt eterna beatitudine. ſcꝫ in regno celorum

Lux ecce ſurgit aurea. pallens fatiſcat cecitas. que noſmetipōs in p̄ceps diu errore traxit deuio

¶ Iſte hymnus continetur in ſuperiori hymno. ſed intentio verſus eſt hec. ne ſcꝫ oculi peccent Hic ponitur anapeſtus pro ſpondeo. ⁊ ſpondeꝰ ſecundo loco ponitur pro iambo Nox vſqꝫ modo texit colores terre. ſed modo diſcedit. quia (ecce lux aurea). i. euangelica p̄dicatio (ſurgit) in corda noſtra. ⁊ ideo (omnis cecitas pallens). i. dyabolus (fatiſcat). i. euaneſcat (que) cecitas (traxit). i. duxit (diu). i. multū (noſmetipōs) ſc homines (in preceps). i. in ruinam vł in precipitium (deuio errore) id eſt peruerſa ſuggeſtione.

¶ Hec lux ſerenum cōferat. puroſqꝫ nos preſtet. ſibi nihil loquamur ſubdolum voluamus obſcurum nihil

¶ Dicit ꝙ lux ſurrexit. ⁊ ideo (hec lux conferat) i. donet nobis (ſere-

num).i.virtutem ſpũſſancti(preſtet nos puros).i.mundos ab omĩ pec
cato(ſibi).i.ad honorẽ ſuuz.ꝛ hoc ſit(loquamur nihil ſubdolum).i.nihil
deceptoriũ.ꝛ(nihil voluamus obſcurũ).i.nullũ cogitemus peccatum

¶ **Sic tota decurrat dies.nec lingua mendax.nec manꝰ ocu
li nec peccent lubrici.nec noxa corpus inquinet**

¶ Tota dies).i.totum tempus vite noſtre(decurrat ſic) ſcꝫ non loquẽ
do ſubdolum(nec lingua mendax ſit).i.nõ dicat mendaciũ (nec manus
peccent).i.nõ faciant aliquid mali (nec oculi lubrici peccent) ſcꝫ videndo
illicita (nec noxa) id eſt culpa corruptõnis (inquinet) id eſt defedet vel
polluat(corpus)noſtrum

¶ **Speculator aſtat deſup. qui nos diebus omnibꝫ.actuſqꝫ
noſtros proſpicit.a luce vſqꝫ ad veſperum**

Et nolite peccare.qꝛ(ſpeculator).i.dñs(aſtat).i.aſpicit nos(deſup)
id eſt de celo(omnibꝫ diebꝫ).i.quotidie(qꝫ).p et(pſpicit).i.a longe videt
(noſtros actus).i.noſtra opera(a luce).i.a natiuitate(vſqꝫ ad veſperꝫ).i.
vſqꝫ ad finem vite noſtre

**Magne deus potentie.qui ex aquis ortum genꝰ. par/
tim remittis gurgiti.partim leuas in aera.**

¶ In hoc hymno ꝯtinet opus qđ deus fecit in q̃nto die.qꝛ tunc creauit
piſces ꝛ aues ex aqua.ꝛ ipoꝛum que ex aqua fecit miſit partẽ gurgiti.id ẽ
mari.ſcꝫ piſces.ꝛ partẽ leuauit in aera.ſcꝫ aues Creauit quoqꝫ cete gran/
dia.benedixitqꝫ eis dicens Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete aquas ma
ris.aueſqꝫ multiplicent ſup terrã.ꝛ ſic piſces ꝛ aues orti ſunt ex aqua Sꝫ
aues nõ comeduntur omĩ tempore ſicut piſces.qđ ideo fit.qꝛ aues p coi/
tum generant ſicut ꝛ nos.qđ nõ eſt in piſcibꝫ Uel qꝛ aues ſunt calidioris
nature qꝫ piſces Intendit etiam autor rogare deum.vt nos q̃ ſumus ab
luti ꝛ mundati in ſacro baptiſmate ab originali crimine.ſic ſeruet nos vt
neſciamus lapſus criminũ.ꝛ vt dyabolus nõ depmat nos p criminalia
peccata.ꝛ hoc eſt qđ đt(O deus magne potentie).i.poteſtatis(qui re/
mittis genus).i.piſces ꝛ aues.genꝰ dico(ortũ ex aquis)baptiſmatꝭ (ſꝫ
partim gurgiti).i.mari.ſ.iferno.vt piſces.i.malos hoĩes.ꝛ(leuas).i.ſub
leuas(ptim in aera).i.in regnũ celoꝝ.vt aues.i.bonos hoĩes.quaſi dice/
ret ſicut in aere aues collocauit.ita in celo hoĩes ſanctos diſpoſuit

¶ **Dimerſa limphis imprimens.ſubuecta collo irrigans.vt
ſtirpe vna prodita.diuerſa rapiant loca**

¶ Conſtrue O tu deus(impmens).i.deputans (dimerſa).i.deorſum
merſa vt piſces.i.malos homines(limphis).i.aquis infernalibꝫ.ꝛ(irri/

gans).i.ſubleuans (ſubuecta).i.ſurſum vecta.vt aues.i.bonos homies (collo).i.capite(vt pdita).i.orta(vna ſtirpe).i. vno baptiſmate renati. (rapiant).i.accipiant(diuerſa loca).i.diſtinctas manſiones.ſcz aerem et aquam.i.vitā eternā vel eternā damnatōem Vel.diuerſa loca.id eſt varia habitacula in celo.qz manſiones multe ſunt in regno celoꝝ iuxta diſtinctos gradus beatoꝝ.qz qlibet ſanctoꝝ hoim ſpecialē habet locū vel gradum leticie in celo iuxta bona opera ſua q fecit in hoc mundo

Largire cunctis ſeruulis.quos mundat vnda ſanguinis. neſcire lapſus criminum.nec ferre mortis tedium.

¶ Et tu qui oīa feciſti(largire)id eſt tribue(cunctis ſeruis).i. omnibꝫ famulis tuis(neſcire)id eſt nō ſentire(lapſus criminū)id eſt caſus peccatoꝝ q dimiſſa ſunt in baptiſmo(quos)ſeruulos(vnda)id eſt effuſio(ſanguinis)tui(mundat)id eſt lauat a peccatis(nec ꝓ et nō.ꝛ largire ſeruulos tuos nō(ferre)id eſt nō pati(tedium mortis)id eſt penam dyaboli.

Vt culpa nullum deprimat.nullum leuet iactantia.eliſa mens nec concidat.eleuata mens nec corruat

Ad hoc largire(vt culpa)id eſt graue peccatū(nō depmat).i.nō aggrauat vel arguat)vllum)ſc chriſtianū(ꝛ iactantia)id eſt ſupbia de bonis(nō leuet)id eſt non extollat.vllum(ꝛ mens)id eſt anima(eliſa)id leſa a peccato(nō ↄcidat)id ē nō incidat in deſperatōem(nec)ꝓ et nō(mens eleuata)id eſt inflata per ſuperbiam (corruat)id eſt cadat ſc in eternam damnationem.

Tu trinitatis vnitas.orbem potenter qui regis.attende laudum cantica.que excubantes pſallimus.

¶ In hoc hymno autor nos hortaṫ de ſomno ſurgere ꝛ medelā viciorūꝫ qrere Intendit etiā in hoc hymno ipam trinitatē laudare vel inuocare.ꝑ quā mūdus regiṫ.vt impleat nos ſuo lumine. vt quicqd peccauimꝰ fraude demonum.ipe chriſtus abſtergat celitus.id eſt de celo.ꝛ hoc eſt q d dt (O tu vnitas)id eſt o ſancte ſpiritus q ꝓcedis a patre ꝛ filio (trinitatꝭ) ſcz pſonaꝝ(q regis)id eſt gubernas (potenter)id eſt potentia tua(orbē) id eſt mundum(attende cantica laudum)id eſt hymnoꝝ(que)ſc cantica nos(excubantes)id eſt vigilantes(pſallimus) id eſt cantamus

Iam lectulo conſurgimus.noctis quieto tempore vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium

¶ Nos(ↄſurgimus iā lectulo).i.ex deſidia Lectus eñ dr ab electꝭ ꝛ mollibꝫ herbis.ſup quas antiqui requieſcebant (quieto tpe noctis)ꝛ ad quid(vt flagitemus).i.rogemus(a te medelā oim vulnerū).i.peccatoꝝ

¶ Quo fraude quicquid demonum in noctibꝰ delinquimus abſtergat illud celitus tue poteſtas glorie

¶ Conſtrue (Quo) ꝓut (poteſtas glorie tue) id eſt tue laudis (abſtergat) .i. abluat mundet vel purget (celitus) .i. diuinitus (illud) sc̄ peccatum (quicquid) sc̄ viciorum (delinquimus) .i. cōmittimus (fraude) .i. deceptōne (demonū) .i. dyaboloꝝ (in noctibꝰ) .i. in tenebris viciorum

¶ Nec corpus aſſit ſordidum. nec torpor inſtet cordiuꝫ. nec criminis contagio. non tepeſcat ardor ſpiritus

¶ Conſtrue (Nec) pro ⁊ non (corpus) noſtrum. non (aſſit) .i. nō ſit (ſordidum) id eſt pollutum vel fetiduꝫ (nec torpor) id eſt pigricia vel malicia (cordium) noſtroꝝ (inſtet nobis. nec contagio) id eſt macula (criminis) sc̄ aſſit nobis. ⁊ (ardor ſpiritus) .i. amor vl̄ gratia ſpūſſancti (nō tepeſcat) id eſt non deficiat in nobis

¶ Ob hoc redemptor queſumus reple nos tuo lumine. per quod dierum circulis nullis ruamus actibus.

¶ Ut amor tue gratie non deficiat in nobis (ob hoc) .i. propter hoc o (redemptor queſumus) id eſt rogamꝰ te (reple nos) peccatores (tuo lumine) id eſt tuo ſplendore (per quod) lumen (nullis actibus) id eſt nullis peccatis (ruamus) id eſt cadamus (circulis dierum) id eſt reuolutionibus dierum

Eterna celi gloria. beata ſpes mortalium. celſi tonantis vnice. caſteqꝫ proles virginis

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad chriſtum filium beate virginis vt dignetur nobis ſuam miſericordiam tribuere. dexteram porrigere vt mereamur corroboratōnem fidei ⁊ charitatꝫ obtinere. Et hoc eſt quod dicit. O chriſte tu exiſtens (eterna gloria celi) ſcꝫ angeloꝝ ⁊ beatorum hominum. vel quia pater tuus celeſtis per te glorificatᷓ. ⁊ (o beata ſpes mortalium) .i. chriſtianorum hominum. ⁊ (o vnice celſi tonantis) .i. celeſtis patris ſm̄ diuinitatem (qꝫ) pro et (o proles) id ē o fili (caſte virginis) ſcꝫ marie. sc̄ ſm̄ humanitatem.

¶ Da dexteram ſurgentibꝰ. exurgat ⁊ mens ſobria. flagrāſqꝫ in laudem dei grates rependat debitas

¶ Conſtrue O tu chriſte (da dexteram) .i. auxilium tuum nobis (ſurgentibus) sc̄ a vicijs. ⁊ ita (mens noſtra) .i. anima noſtra (ſobria) .i. abſtinens (exurgat) ſcꝫ ad laudem tuam (qꝫ) pro et. sc̄ mens (flagrans) .i. ardens (in laudem) .i. in honorem (dei) omnipotentis (rependat) .i. perſoluat (debitas grates) .i. grāꝝ actōes in hymnis ⁊ cāticis deo oīpotēti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Natus refulget lucifer ſparſamqꝫ lucem nunciat. cadit caligo noctium. lux ſancta nos illuminet

Cōſtrue (Lucifer) .i. ſtella matutina .ſcꝫ chriſtꝰ (natus) id eſt genitꝰ (refulget) .i. ſplendet mūdo (qꝫ) ꝑ et (nūciat) ſcꝫ mūdo (ſparſam lucem) .i. natam. vere nūciat. qꝛ (caligo noctiū) .i. obſcuritas dyaboli (cadit) sc in mūdo. ꝛ ideo (lux ſancta) .i. xp̄us ſua ſanctificatōe (nos illuminet .i. corda noſtra illuſtret lumine ſpiritusſancti ꝛc.

¶ Manenſqꝫ noſtris ſenſibus noctem repellat ſeculi omniqꝫ fine dici purgata ſeruet pectora

Ut ipſa lux (manēs noſtris ſenſibꝫ) .i. in nobis ꝙ habemus qnqꝫ ſenſus corporeos. ꝛ repellat sc a nobis (noctē) .i. dyabolū (ſeculi) .i. mūdi. ꝛ illa lux (ſeruet pectora noſtra .i. corda. purgata) .i. mūdata ſcꝫ a vitijs (omni fine dici) id eſt omni tempore vite noſtre

¶ Queſita iam primum fides radicet noſtris ſenſibus. ſecunda ſpes congaudeat qua maior extat charitas

Cōſtrue. (Fides queſita a nobis) ſ. in baptiſmo (iam primū) .i. cito ideo dicit primū. qꝛ fides eſt ꝑma inter oēs virtutes. vt ibi fides. ſpes. ꝛ charitas (radicet) .i. ponat radices (ſenſibus noſtris) .i. in mēte noſtra. ꝛ (ſecūda ſpes) ſcꝫ a fide. ꝑ quā ſcꝫ ſperamus vitā (cōgaudeat. ꝛ (charitas) .i. talis virtus (extat maior) .i. virtuoſior. iuxta aplm ꝑma chorinte. xiij. Maior autem horum charitas.

Plaſmator hominis deus (qui cūcta ſolus ordinās) humum iubes producere reptantis et fere genus

In hoc hymno cognoſcitur illud qđ fecit deus in ſexta die. Creatis ſiquidē omnibus reptilibus. ſcꝫ piſcibꝫ auibus ꝛ alijs beſtijs quinta die, ſexta die formauit deus hoīem ad imaginem ſuā. ꝛ precepit omnibꝫ aīalibꝫ dicens. creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrā. ꝛ dixit homini. dominamini piſcibꝫ maris. volatilibꝫ celi, ꝛ vniuerſis animātibꝫ q̄ mouentur ſuper terram. poſuitqꝫ eū in paradiſo deliciarū vt operaretur ꝛ cuſtodiret illud vt pꝫ Gene. ꝑmo ꝛ ſcđo Intendit itaqꝫ autor rogare deū. vt ſicut deus fecit hominē ſuꝑiorem cūctis aīantibꝫ. ſic dignet᷑ nos cuſtodire vt nō efficiamur inferiores brutis animalibꝫ ꝓpter pctā noſtra. Cur ergo hoīes creauit quos futuros preſciebat malos. ideo qꝛ ſicut preuidit quid mali eēnt facturi. ſic etiam preuidebat quid boni eſſent facturi Uel dicitur. quis nouit ſenſum domini aut quis ꝯſiliarius eius fuit. quaſi diceret nullus. ad Romanos. xiº ¶ Cōſtrue (O deus plaſmator) id eſt creator (hoīs) ſcꝫ ade (qui ſolus ordinans cuncta) id eſt diſponens omnia (iubes) id eſt precipis (producere humum) id eſt eccleſiam. ſcilicet bonos et malos homines. Eccleſia autem eſt congregatio fidelium (genus reptantis) .i. ſerpētis (et fere) id eſt beſtie

¶ Qui magna rerum corpora dictu iubentis viuida. vt ſeruiant per ordinem ſubdens dediſti homini.

Cōſtrue O tu deus q̄ feciſti (dictu iubētis .i. verbo filij tui (magna corpora) .i. iumēta pecora beſtias. omniū ſcꝫ (rerū) diuerſarū (viuida) .i. animata. ꝛ (ſubdens) id eſt ſupponens illa animalia (dediſti homini vt ſeruiant) ſcꝫ homini (per ordinem) ſcꝫ vt vnūquodqꝫ animal ſeruiat homini in illo ad qđ ordinatū ē a natura vt oues lepores porcos ad comedēdū ꝛc̄

¶ Repelle a ſeruis tuis quicquid per immundiciam. aut moribus ſe ſuggerit. aut actibus ſe interſerit

Conſtrue Et o deus (repelle) id eſt remoue (a ſeruis tuis quicq̄d ſuggerit) .i. infert (ſe ꝑ immundiciā) .i. ꝑ aliquam ſuꝑfluitatem vel ꝑ ſordidā cōmeſtionē (aut moribꝰ) ſcꝫ malis. qui ſcꝫ ex ꝯſuetudine peccandi ſe abſtinere nō poſſunt a pctīs (aut interſerit) .i. inmiſcet (ſe actibꝰ) ſcꝫ ꝑuerſis.

¶ Da gaudiorū premia. da gratiarum munera. diſſolue litis vincula. aſtringe pacis federa

Cōſtrue O deus (da p̄mia) .i. remunerationē (gaudiorū) ſcꝫ eternoꝝ (da munera gratiarū) .i. dona ſpiritusſancti (diſſolue vincula litis) .i. pctā odij ꝛ (aſtringe) ꝯiunge (federa pacis) .i. cōcordiā ſalutis

Summe deus clementie mundiqꝫ factor machine. vnus potentialiter trinuſqꝫ perſonaliter.

Materia huius hymni eſt cognitionē habere trinitatis in vnitate. et vnitatis in trinitate Intendit etiā autor rogare deum vt cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis. ꝛ adurat id eſt inflammet vel repleat corda noſtra igne ſpūſſancti vt caſto corpore ꝛ mūdo corde deo ſeruire mereamur ¶ Conſtrue (O deus ſumme clemētie) .i. alte pietatis. ꝛ o (factor machine mūdi) .i. creator totiꝰ vniuerſi. ſupple q̄ es (potētialiter vnus) .i. in potentia ſm diuinitatē. ꝛ (trinus ꝑſonaliter) .i. trinus in ꝑſonis

¶ Noſtros pius cum cāticis fletus benigne ſuſcipe. quo corde puro ſordibus te perfruamur largius

¶ Cōſtrue Et tu (pius) ibi nominatiuus ponit̄ pro vocatiuo (ſuſcipe benigne noſtros fletus) .i. lachrimas (cum canticis) id eſt cum hymnis vel laudibꝰ (quo) .p vt (ꝑfruamur te largius) .i. amplius. ꝛ hoc (corde puro) .i. mūdo (ſordibꝰ) id ē a vitijs

¶ Lumbos iecurqꝫ morbidum adure igne congruo. accincti vt ſint perpetim. luxu remoto peſſimo.

¶ Conſtrue. O deus (Adure) id eſt accende (igne congruo id eſt ſpiritu ſancto (lumbos noſtros ⁊ iecur) id eſt epar. Et nota q̄ hec tria ſcȝ iecur. cerebrū ⁊ lumbi cogūt hominem peccare (vt ſint accincti) id eſt vt lumbi ſint caſti ↄtra libidinem (perpetim) id ē ſemper (remoto peſſimo luxu) .i. depoſita peſſima luxuria. q̄ multos proch dolor ducit ad gehennam

¶ Vt quiqȝ horas noctium nūc concinendo rumpimus. donis beatis patrie ditemur omnes affatim

¶ Cōſtrue (Vt quiqȝ) id eſt quicūqȝ (ↄcinēdo) id eſt pſallendo (rūpim⁹) id eſt ꝑ vigilias diuidimus (horas noctiū) quia tunc bonū ⁊ quietū eſt orare. vt (ditemur) .i. diuites efficiamur (affatim .i. habundanter (beatis donis patrie) id eſt beatitudine patrie celeſtis ad quam nos deus dignetur perducere amen.

Aurora iam ſpargit polum. terris dies illabitur. lucis reſultat ſpeculum. diſcedat omne lubricū

¶ Hymnus iſte ↄtinuatur ſuperiori. quia nos rumpim⁹ horas noctiū vt nos omnes ditemur ⁊ diuites efficiamur in xp̄o. ⁊ ecce. (Aurora) id ē xp̄us (iam ſpargit polum) id eſt illuminat corda hominum. Hortatur etiā nos vt ſic viuamus in hoc ſeculo vt illud verbum .math. xxv. detur audire mereamur ſcȝ Venite benedicti patris mei ⁊c. nam finito mūdi termino pctōres perpetuis tradentur tenebris. fideles vero ⁊ iuſtos nō in noctem ſed in lucē ponet. Et hoc eſt quod precamur (aurora) id ē xp̄us) ſpargit iam polū) id eſt illuminat mentes vel eccleſiam. et (dies) .i. ſtatus gratie (illabitur) id eſt appropinquat (terris) .i. hominib⁹ in terra habitantibus ⁊ (ſpeculum) id eſt pulcritudo vel aſpectus (lucis) id eſt claritatis (reſultat) id eſt reſilit. ⁊ ideo (omne lubricum) id eſt peccatuȝ (diſcedat) ſcilicet a nobis

¶ Fantaſma noctis decidat. mentis reatus ſubruat. quicquid tenebris horridum nox attulit culpe cadat

¶ Cōſtrue (Fantaſma) id eſt fantaſia vel illuſio (noctis) id eſt dyaboli (decidat) id eſt recedat a nobis. ⁊ (reatus) id eſt culpa mētis (ſubruat) id eſt cadat a nobis. ⁊ (quicquid horridum) id eſt deforme (nox) id eſt dyabolus vel nocturna cogitatio (attulit culpe tenebris) id ē obſcuritatis (cadat) .i. recedat a nobis

¶ Vt mane illud vltimū quod preſtolamur cernui. in luceȝ nobis effluat. dum hec canore concrepat.

¶ Cōſtrue (Vt mane illud vltimū) id eſt iudiciū futurū vel aduēt⁹ xp̄i in iudiciū (qđ p̄ſtolamur) .i. ſperamus vel expectam⁹ (cernui) .i. humiles (effluat) .i. eueniat (nobis in lucē .i. claritatē (dū hec) ſc nox (ↄcrepat) .i. reſonat (canore) .i. cātu ſeu laude

# Expoſitio hymnorum

O Lux beata trinitas. et principalis vnitas. iam ſol re
cedit igneus. infunde lumen cordibus

In hoc hymno materia ſumit̉ circa qualitatē temporis die recedente et nocte adueniēte Intendit em̄ autor inuocare deū trinū in ꝑſonis. ⁊ trinitatem in vnitate. vt infundat in cordibꝫ noſtris lumen ſpiritusſancti. vt laudare mereamur deū tam in ꝓſperis ꝗ̄ in aduerſis. ⁊ ita ꝯcedat nobis tranſire diem ⁊ noctem ſine peccato. ⁊ ſine impedimēto ſathane

¶ Conſtrue (O beata trinitas). i. o deus. ſupple qui es (lux) hominū vel mundi vl̉ angeloꝝ. ⁊ (vnitas ꝑ̇ncipalis). i. que habēs ꝑ̇ncipatū ſuꝑ oē qđ eſt (iam ſol igneus). i. xp̄us (recedit) ſcꝫ a nobis. ⁊ ideo (infunde lumen) id eſt dona ſpiritusſcti (cordibus). i. ſenſibꝫ noſtris. vt. ſ. illud lumen habere mereamur

¶ Te mane laudum carmine. te deprecemur veſperi. te noſtra ſupplex gloria per cuncta laudet ſecula.

Et o chriſte infunde ſpiritumſanctū te deprecemur. ⁊ vt adiuues nos (laudū carmine) ſupple laudamꝰ (te mane). i. ſemꝑ. q2 omni hora ⁊ omni tempore debemus laudare deū ſcꝫ mane meridie ⁊ ſero Iuxta verbū p̄s Veſpe ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊c̄. (te dep̄cemur). i. rogamꝰ (veſperi) .i. in fine mūdi. ⁊ (noſtra ſupplex). i. humilis (gloria laudet te) ſcꝫ criſtum (per cuncta ſecula) id ē ꝑ omne tempus. quia ſemper laudandus eſt deus vt dictum eſt

Conditor alme ſiderum. eterna lux credentium. chriſte redemptor omnium exaudi preces ſupplicum

Materia huius hymni eſt de aduentu chriſti ⁊ de incarnatione eiuſdē q2 deus de celo deſcendens ſe exinaniuit formam ſerui accipiens ⁊ humiliauit ſe vſq3 ad mortem ⁊ qualiter egreſſus de honeſtiſſima clauſura virginis tanq3 ſponſus de thalamo ſuo. cui ſponte omnia obediunt. ſcꝫ terreſtria celeſtia ⁊ infernalia Intēdit etiam rogare deum vt per hanc incarnationem noſtras preces exaudire dignetur ⁊ a ſagitta dyaboli liberare

¶ Conſtrue (O alme conditor) id eſt ſancte creator (ſiderum) id eſt ſtellarum. o (eterna lux) id ē perpetua ſalus (credētiū). i. chriſtianorū fideliū o (chriſte redemptor omniū). ſ. hominū (exaudi p̄ces. i. orōes (ſupplicū) id eſt humiliū ſupplicationū

¶ Qui condolens interitu mortis perire ſeculū. ſaluaſti mūdum languidum donans reis remedium

¶ Conſtrue (Qui condolēs) id eſt qui es nobiſcum dolens (perire ſeculum) id eſt damnare (interitu mortis) id eſt pena infernali (ſaluaſti) id eſt liberaſti de poteſtate dyaboli (mundum languidum ſcilicet in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccatis (donans remedium).i.redẽptõem (reis) id eſt peccatoꝛib9

¶ Uergente mũdi veſpere vti ſponſus de thalamo. egꝛeſſus honeſtiſſima virginis matris clauſula

¶ Conſtruc (Uergente mũdi veſpere).i.appꝛopinquante fine mundi. es (egꝛeſſus. vti).i.ſicut (ſponſus) sᶜ egꝛedit (de thalamo) id eſt cubiculo egꝛeſſus inquã de (honeſtiſſima).i.caſtiſſima (clauſula matris virginis) id eſt de vtero virginis marie

¶ Cuius foꝛti potentie genu flectuntur omnia. celeſtia terreſtria fatentur nutu ſubdita.

Et ideo qꝛ egꝛeſſus es vel qꝛ ſaluaſti mũdũ (cui9).ſ.xp̄i (foꝛti potẽtie oĩa flectunt genu) ſcꝫ laudãdo ip̄m (celeſtia).i.angeli (terreſtria).i.hoĩes (fatentur ſubdita) id eſt ꝯfitentur ſe illi ſubiecta (nutu) id eſt ſponte. ſcilꝫ ad tuam voluntatem ⁊c̄.

¶ Te dep̄camur agye venture iudex ſeculi. ꝯſerua nos in tẽpoꝛe. hoſtis a telo perfidi

Ergo qꝛ ita eſt vt dictũ eſt (dep̄camur agye).i.o ſancte xp̄e (iudex venture ſeculi) ſcꝫ in extremo iudicio (conſerua).i.cuſtodi (nos in tp̄e).i.in hac vita (a telo hoſtis ꝑfidi).i.ſuggeſtione dyaboli q̄ ſagitta dicitur

¶ Laus honoꝛ virtus gloꝛia. deo patri et filio. ſancto ſimul paraclito. in ſempiterna ſecula Amen

Et qꝛ deus miſit filiũ ſuũ xp̄m vt nos redimeret. ideo ſit (laus honoꝛ virtus gloꝛia deo patri ⁊ filio. ſimul).i.pariter (paraclito).i.ſpirituiſancto (in ſempiterna ſecula).i.ſine fine Amen

Uerbum ſupernum pꝛodiens. a patre olim exiẽs. qui natus oꝛbi ſubuenis. curſu decliui tempoꝛis

¶ Iſte hymnus ꝯtinuatur ſuperioꝛi qꝛ xp̄s egꝛeſſus eſt de vtero virginali ſicut ſponſus de thalamo ſuo ⁊ ideo oĩa ei humiliant ſiue ſubdita ſtꝫ et nõ ẽ mirũ qꝛ ip̄e deſcẽdit de patre.i.de celo. Et hec ẽ rñſio ꝯtra hereticos q̄ dicebãt xp̄m nõ veniſſe de patre. qb9 ꝑ iſtũ hymnũ reſpondendum ẽ O (supernũ verbũ).i.dei filius (pꝛodiens).i.manifeſtãs te ineffabiliter (exiens).i.veniens (olim a patre) qñ ſcꝫ incarnat9 fuiſti. sᶜ q̄ es (natus) ſcꝫ a patre (ſubuenis).i.ſuccurris (oꝛbi).i.mundo (curſu).i.plenitudine (tp̄is decliui).i.pꝛoni. vel declinãtis ad finem ſeculi

¶ Illumina nunc pectoꝛa. tuoqꝫ amoꝛe cõcrema. audito vt pꝛeconio. ſint pulſa tandem lubꝛica

Et tu q̄ talis es (illumina nũc).i.in pñti.ſ.tuo lumine (⁊ cõcrema).i.

accende(noſtra pectora tuo amore).i.tua gr̄a( vt audito p̄conio).i.p̄dicatōe apl'orū vel(audito p̄conio)ꝓphetarū(lubrica).i.pctā(ſint pulſa).i. remota a noſtris cordibꝰ(tandē).i.inſeparatōe anime a corpore

¶ Iudexq̄ cū poſt aderis.rimari facta pectoris.reddens vicem pro abditis.iuſtiſq̄ regnū pro bonis

¶ Conſtrue. Et o tu ſupnū verbum.i.o fili dei volens(rimari).i.experiri (facta pectoris).i.peccata cogitatōis.vt(cū aderis).i.cū affueris (iudex poſt).i.in fine mundi(reddens vicē).i.remuneratōem(pro abditis).i.p occultis peccatis(et iuſtis).i.ſanctis(regnū)ſcʒ eternū(pro bonis)ſcilʒ operibꝰ que in p̄ſenti ſeculo operati ſunt

¶ Non demū arcemur malis pro qualitate criminis.ſʒ cū beatis compotes ſimus perennes celibes

¶ Conſtrue. Et(non arcemur).i.nō conſtringamur(demū).i.vltimo (malis).i.peccatis(pro qualitate criminis).i.p magnitudine peccatoꝝ)ſed ſimus cōpotes).i.ſimul potētes(cum beatis).i.ſanctis(pennes).i. perpetualiter.vel(pennes).i.habitatores celorū(celibes)id eſt celeſtem vitam ducentes.

V Ox clara ecce intonat.obſcura queq̄ increpat.pellātur eminus ſomnia.ab ethere chriſtus promicat

¶ Materia huius hymni ſimilis eſt ſenſui in p̄dicto hymno vbi dictū eſt ꝙ xp̄s olim venit a patre.ꝛ iam dr̄ ſic.(Ecce clara vox).i.iohēs baptiſta(intonat).i.terribiliter p̄dicat(ꝛ increpat).i.arguit(queq̄ obſcura).i. oīa vicia ſeu pctā.ꝛ ideo oīa(ſomnia).i.vana pctā(pellant̄).i.remoueātur (eminus).i.longe.qꝛ(xp̄s iam ꝓmicat).i.fulget(ab ethere).i.a celo.

¶ Mens iam reſurgat torpida que ſorde extat ſaucia.ſidus refulget iam nouū.vt tollat omne noxiū

¶ Cōſtrue. Et ideo(mens noſtra torpida).i.maculata(reſurgat)ſcilicet a vicijs(q̄)ſcꝫ mens(extat ſaucia)id eſt manet vulnerata(ſorde)id ē peccato.ꝛ bene dt̄ ꝙ ſurgat mens.qꝛ(ſidus).i.chriſtus(refulget iā).i.reſplēdet p ſpiritū ſanctū(nouū)ſcʒ natū de virgine(vt tollat).i.vt remoueat a nobis peccatoribꝰ(omne noxiū).i.omne peccatū.

¶ Eſurſum agnus mittitur.laxare gratis debitum.omnes pro indulgentia.vocem demus cū lachrymis

¶ Conſtrue(Agnus)id eſt dei filius(mittit̄).i.deſtinatur(eſurſum)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

id eſt de celis (laxare).i.remediare (debitũ).i.originale peccatum vel pe
nas peccati (gratis).i.dono ſeu ſponte ſua ⁊ ſine aliqua remuneratõne.⁊
ideo (oẽs demus) ſcʒ deo (vocẽ cũ lachrymis).i.ꝯfeſſionẽ peccatorũ cum
cõtritõe (pro indulgẽtia).i. pro remiſſione peccatorũ.

¶ Secũdo vt cũ fulſerit. mũdũqʒ horror cinxerit. nõ ꝓ rea/
tu puniat. ſʒ pius nos tũc ꝓtegat Preſta pater piiſſime ⁊c.

Bene dico demus vocẽ cũ lachrymis. vt cũ ille agnus (fulſerit).i. ful
gens aduenerit (ſecũdo) s^c aduentu.ſ. in iudicio (et horror).i.pauo ⁊ (cin
xerit).i.circũdederit (mundũ).i.mũdanos (nõ puniat).i.damnet (pro re
atu).i.pro peccato (ſed pius) ſcʒ xp̃us (nos tunc protegat) id ẽ defendat
a poteſtate dyaboli.

Veni redemptor gentiũ. oſtende partũ virginis. mi
retur omne ſeculũ. talis decet partus deũ

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt veniat oſtendere
nobis partũ virginis non fuiſſe ex virili ſemine ſed diuino ſpiritu coope/
rante eſſe factum. ⁊ qualiter egreſſus ſit a patre ⁊ regreſſus ad patrem. et
qualiter ſit equalis patri. ⁊ loquitur de preſenti tanqʒ de futuro. Vel di/
cere poſſumus ſm litterã ſic. s^c o xp̃e qui es (redẽptor gentiũ).i. omniuʒ
hominũ (veni).i.accede in mentibꝫ noſtris (⁊ oſtẽde).i.pande nobis (par
tũ virginis) ſcʒ marie ⁊ ideo (omne ſeculũ).i.totus mũdus (mire᷑) id ẽ
ammiretur. qꝛ (talis ꝑtus decet).i.decens eſt (deum) ſcʒ creatorem celi ⁊
terre naſci ſine ſemine virili

Non ex virili ſemine. ſed myſtico ſpiramine. verbũ dei fa
ctũ eſt caro. fructuſqʒ ventris floruit

Conſtrue. Vere talis partus decet deũ. qꝛ (nõ ex virili ſemine) s^c na/
tus eſt xp̃s (ſed miſtico ſpiramine).i.ſecreta operatõe ſpiritusſancti (ver/
bum dei).i. filius dei (factũ ẽ caro).i.homo (qʒ) pro et (fructus ventris)
ſcʒ marie (floruit).i.ſicut flos creuit. qꝛ beata virgo maria fuit ramus. ⁊
filius eius ieſus chriſtus eſt flos

Aluus tumeſcit virginis. clauſtra pudoris ꝑmanẽt. vex
illa virtutũ micant. verſatur in templo deus

Conſtrue. Et ecce (aluus virginis).i.venter marie (tumeſcit).i.creſcit
et tamen (clauſtra pudoris) id eſt clauſura virginitatis (permanent) ſcilʒ
integra ⁊ illeſa. qꝛ virginitas in ea nõ eſt violata. et (vexilla virtutũ) id eſt
ſancta miracula (micant) id eſt fulgent ſcʒ per totũ mundũ. vel virtutum
quarũ deus eſt vexillũ. id eſt cuſtos. ⁊ ideo (deus verſatur in templo) qꝛ
receptus eſt a ſymeone in templo (vel verſatur in templo) id eſt in vtero
beate marie virginis ⁊c.

¶ Procedens de thalamo ſuo. pudoris aula regia. gemine gigas ſubſtantie. alacris vt currat viam

¶ Conſtrue. ſc xp̄us (p̄cedens de thalamo ſuo) .i. vtero matris. quia illa fuit illi lectus caſtitatis. ſcʒ de (regia aula pudoris) .i. de palatio regali. exiſtens (gygas gemine ſubſtātie) .i. diuinitatis ⁊ humanitatis. q̄ꝛ eſt deus ⁊ hō. Gygas enī dr̄ eo q̄ inſeparabiliter ⁊ irreuocabiliter ad vitam huiꝰ mūdi nobis occurrit. vn̄ Dauid. Exultauit vt gygas ⁊c̄. (vt alacris) .i. velox (currat viā) .i. tranſeat de hoc mundo ad patrem

¶ Egreſſus eius a patre. regreſſus eius ad patrem. excurſus vſq̄ʒ ad inferos. recurſus ad ſedem dei

¶ Conſtrue (Egreſſus eius a patre) ſc fuit qn̄ deſcendit in vterum virginis (regreſſus eius ad patrē) qn̄ rediit in celū. vn̄ Dauid. A ſummo celo egreſſio eius et occurſus eius vſq̄ʒ ad ſummū eius. Et ip̄e ait in euāgelio. Exiui a patre meo ⁊ veni in mūdū. iteꝝ relinquo mundū ⁊ vado ad patrē (excurſus vſq̄ʒ ad inferos) .i. deſcēdit ad inferna (recurſus ad ſedem dei) id eſt aſcendit ad dexteram patris

Equalis eterno patri. carnis ſtropheo accingere. infirma noſtri corporis virtute firmans perpetim

¶ Cōſtrue. Et tu xp̄e q̄ es (equalis eterno patri) ſm̄ diuinitatē (accingere ſtropheo) .i. cingulo (carnis) q̄ꝛ ꝑ carnē ſuperauit dyabolū. ſc tu xp̄e (firmans) .i. roborans (ꝑpetim) .i. ꝑpetue (infirma corꝑis) .i. vicia ⁊ fragilitates noſtri corporis (ꝟtute) .i. cū virtute

¶ Preſepe iam fulget tuū. lumen q̄ʒ nox ſpirat nouū. quod nulla nox interpolet. fide q̄ʒ iugi luceat

¶ Conſtrue. Uere p̄cedis de thalamo tu xp̄e. q̄ꝛ (p̄ſepe tuū) .i. eccleſia (iam fulget) ſcʒ virtutibꝫ et (nox ſpirat) .i. emittit (nouū lumen) .i. filium natū ſine peccato (qđ) ſc lumen (nulla nox) .i. nulla obſcuritas hereticorū q̄ꝛ heretici dicūt deū nō accepiſſe verā carnem (interpolet) .i. obſcurat. et (luceat) ſcʒ lumen tuū (iugi fide) .i. aſſidua virtute

Chriſte redemptor gentiū. ex patre patris vnice. ſolus ante principiū. natus ineffabiliter

Materia huius hymni eſt inuocatio quā facimꝰ ad xp̄m. vt ſicut ip̄e dignatus eſt accipere carnē humanā. ⁊ illā ſibi vnire ꝓpter nos. ita p̄ces noſtras exaudire dignet̄. ⁊ nos a peccatis noſtris liberare ⁊c̄. ¶ Conſtrue O (xp̄e redemptor gentiū) .i. hominū. q̄ꝛ omnes gētes redemiſti tuo ſanguine. ⁊ o tu (vnice patris) .i. o tu vnigenite. ſ. p̄cedēs (ex patre) tu (ſolꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natus).i.genitꝰ (ineffabiliter) ſm diuinitatē Unñ ait ſcriptura Genera-
tionē eius qs enarrabit (ante pncipiū).i.añ mundi conſtitutōem

¶ Tu lumen et ſplendoꝛ patris. tu ſpes perennis omnium.
intende quas fundunt preces tui per oꝛbem famuli.

¶ O chꝛiſte (tu es lumen ꝛ ſplendoꝛ patris) qꝛ ꝑ te pater innotuit mun-
do (tu es ſpes ꝑennis).i.ꝑpetua (omniū) ſcꝫ hoīm (intende).i.audi (pre
ces) id oꝛōnes (quas) pces (tui famuli fundunt).i.effundunt (ꝑ oꝛbē).i.
ꝑ vniuerſum mundū vbi gentes habitant aſſidue te oꝛantes.

¶ Memento ſalutis autoꝛ. ꝙ noſtri quondam coꝛpoꝛis. ex
illibata virgine. naſcendo foꝛmam ſumpſeris

¶ Dico ꝙ debes pces noſtras intendere. qꝛ aſſumpſiſti humanā carnē
ex intacta virgine. ꝛ hoc eſt qđ đt. O (autoꝛ ſalutis) noſtre (memēto) id
eſt recoꝛdare (ꝙ ſumpſeris) id eſt aſſumpſerꝭ (quondā) id eſt olim (naſcē
do foꝛmā).i.ſilitudinē (noſtri coꝛpoꝛis) humani (ex illibata ꝟgine) id eſt
intacta ꝛ inuiolata virgine maria. quia ante partum ꝛ poſt partum ꝛ in
partu virgo permanſit

¶ Sic preſens teſtatur dies. currens per anni circulum. ꝙ
ſolus a ſede patris mundi ſalus adueneris

¶ (Preſens dies) natiuitatis (teſtaꝛ ſic).i.taliter (currens ꝑ circulū an-
ni).i.ꝑ vnūquēqꝫ annū (ꝙ ſolus).i.nullo comitante. ſꝫ exn̄s (ſalus mū-
di adueneris).i.deſcēderis (a ſede patris).i.de excelſo thꝛono dei

¶ Hunc celum. terra. hunc mare. hunc om̄e qđ in eis eſt. au
ctoꝛem aduentus tui laudans exultat cantico.

¶ (Celum) id eſt angeli q̄ paſtoꝛibꝫ apparuerūt dicentes cū gaudio Glo
ria in excelſis deo (vel celū) id eſt ſtelle. qꝛ ſtella apparuit tribꝫ magis. id
eſt tribꝫ regibꝫ ducens eos ab oꝛiente in bethleem (terra) id ē terrena po
teſtas (exultat) id eſt gaudendo laudat (cantico) id eſt cū hymno (hunc)
diem (mare).i.tyrānica poteſtas laudat (hunc) dieꝫ (ꝛ om̄e qđ ē in eis)
ſcꝫ in celo in terra ꝛ in mari (exultat cantico) hūc diem (laudās).i.cōme
dans (auctoꝛē).i.diſpoſitoꝛem (aduentus tui) in hunc mundum

¶ Nos quoqꝫ qui ſancto tuo redempti ſumus ſanguine. ob
diem natalis tui. hymnum nouum concinimus

¶ Et nō ſolū celū ꝛ terra ꝛ mare laudant te. ſꝫ etiā (nos) chꝛiſtiani (qui
ſumus redempti) id eſt ſaluati a moꝛte eterna (tuo ſancto ſanguine) ſcꝫ
in paſſione tua effuſo (ꝯcinimus) id eſt ſimul cātamus (nouum hymnū)
id eſt nouam laudem (ob diem natalis tui) id eſt natiuitatis tue

a A Solis ortus cardine. ad vſq₃ terre limitem. chriſtuz canamus principem. natũ maria virgine.

¶ In hoc hymno agit᷑ de incarnatõne dñi ⁊ de natiuitate eius. quõ ſc₃ puerpera enixa eſt illũ q̇ vniuerſa ex nihilo creauit. ⁊ nõ abhorruit iacere in p̄ſepio. Et ↄtinuat᷑ iſte hymnus cũ ſuperiori Dixit eñ. ꝙ celũ terra ⁊ mare ⁊ oĩa q̄ in eis ſunt canunt deo. q᷑ ab ortu ſolis vſq₃ ad occaſum vniuerſus mundus laudat deũ Vel aliter. q᷑ dixit ꝙ eius p̄ſepe iam fulget nouo lumine. ⁊ ideo canamus chriſtũ natũ de maria ꝟgine. ⁊ hoc ē qđ dt Nos chriſtiani (canamus) id eſt laudemus (a cardine ortus ſolis) id eſt ab origine mundi. vel (a cardine ortus ſolis) id eſt ab oriente mũdi (vſq₃ ad limitem terre) id eſt vſq₃ in finē mundi. vel vſq₃ ad occidentē (chriſtũ ꝑncipē). i. regē (natũ). i. genitũ (maria ꝟgine). i. ex vtero ꝟginis marie.

¶ Beatus autor ſeculi ſeruile corpus induit. vt carne carnem liberans. ne perderet quos condidit.

Bene dico ꝙ debemus deũ laudare. q᷑ (beatus autor). i. factor (ſeculi) id eſt mundi (induit) id eſt aſſumpſit (ſeruile corpus). i. humanā carnez (vt ip̄e liberans carnē). i. noſtrā humanitatē (carne) sᶜ. ſua, (ne), ꝓut non (perderet) homines illos (quos ↄdidit). i. creauit

¶ Caſte parentis viſcera. celeſtis intrat gratia. venter puelle baiulat. ſecreta que non nouerat.

Et vere induit ſeruile corpus. q᷑ (celeſtis gratia) ip̄e chriſtus (intrat viſcera). i. vterum (caſte parentis) ſc₃ virginis marie. ⁊ ſic (venter) id eſt vterus (puelle) ſc₃ marie (baiulat). i. portat (ſecreta) ſc₃ celeſtia (que), ſecreta (non nouerat (ſc₃ ante ↄceptionem

¶ Domus pudici pectoris. templum repente fit dei. intacta neſciens virum. verbo concepit filium

Et vere baiulat ſecreta q̄ nõ nouerat. q᷑ (domus). i. aluus (pudici pectoris). i. puri cordis ſc₃ marie (fit). i. efficit᷑ (repente). i. cito (templũ dei) id ē hoſpiciũ vł domus. dico (intacta). i. incorrupta (neſciens virũ) ꝑ carnis cõmixtionē (ↄcepit filiũ) ſc₃ chriſtum (verbo). i. per verbum qđ ipſa dixerat ad gabrielem dicens. Ecce ancilla domini fiat mihi ſꝫm verbum tuum. vel (verbo) id eſt per verbum. quod dixit gabriel ad ip̄am. vnde dixit Ecce concipies ⁊ paries filium

¶ Enixa eſt puerpera. quem gabriel predixerat. quē matris aluo geſtiens. clauſus ioannes ſenſerat.

Dico ꝙ ↄcepit ⁊ vere. q᷑ (puerpera). i. maria pariens puerꝫ (enixa ē) id ē peperit filiũ (quē) filiũ (gabriel) ille archangelus (p̄dixerat) naſcituꝛ

rum.⁊ (quē ioannes) baptiſta (clauſus).i.incluſus (aluo).i.in vtero (ma
tris) ſue elizabeth (ſenſerat).i.cognouerat (geſtiens).i.gaudens

¶ Feno iacere pertulit. preſepe non abhorruit. paruoq; la-
cte paſtus eſt. per quem nec ales eſurit

¶ Et poſtq̄ chriſtus natus eſt ex virgine maria (ꝑtulit).i.paſſus ē (ia
cere).i.q̄eſcere (feno).i.in feno.⁊ (nō abhorruit).i.nō refutauit (ꝓ̄ſepe) id
eſt ſtabulū.⁊ sc̄ chriſtus (paſtus eſt).i.nutritus (paruo lacte) sc̄ virginis
marie (ꝑ quē) sc̄ chriſtum (ales).i.nutrix.ſcȝ maria a qua chriſt⁹ nutrie-
batur (nec eſurit).i.nō paſſa eſt famen. q: matres lactantes pueros ma-
gis eſuriunt ⁊ ſitiunt alijs hominibꝫ.ſed maria chriſtum lactabat.⁊ chri-
ſtus ip̄am regebat.ideo nō plus ſitiuit nec eſuriuit

¶ Gaudet chorus celeſtium. et angeli canunt deo. palamq;
fit paſtoribus. paſtor creator omnium.

Et q: chriſtus natus eſt (chorus).i.ſocietas (celeſtiū) ſpirituū (gau-
det).i.letat̄ (⁊ angeli).i.throni ⁊ dominatōes ꝑ̇ncipatus ⁊ poteſtates ⁊
ceteri (canunt) id eſt cantant (deo) glorioſo, (q;) pro et (paſtor creator
omniū) rerum (fit palā).i.manifeſtatur (paſtoribꝫ) iuxta turrim abnam
ad quem locum paſtores ſicut ⁊ modo ꝓ ꝯſuetudine habebāt vigilare ſu
per greges ſuos.⁊ erat ibi planicies terre apta paſtoribus illius regionis
ad ſeruandum ibi vigilias noctis ſuꝑ greges eorum

Nuncium vobis fero. de ſupernis natus eſt chriſtus
dominator orbis in betbleem iude. ſic enim prophe
ta dixerat ante.

¶ Materia huius hymni eſt preparatio gaudij de natiuitate chriſti re-
demptoris noſtri.qđ gaudiū annūciatum ē nobis ꝑ angelū apparentē pa
ſtoribꝫ ⁊ in via dicentem Annuncio vobis gaudium magnum ⁊c̄. Cui⁹
natiuitatē ſigna ⁊ miracula ſequuta ſunt.ſcȝ ſtella q̄ apparuit magꝭ chri-
ſtum querentibus In cuius natiuitate herodes ⁊ quilibet malus cōfun-
ditur Et doctrina t̄pis preteriti ceſſauit.ſcȝ idolatria ⁊ ſacrificia vana.
Conſtrue Ego angelus (fero) id eſt porto (vobis de ſupernis).i.celis
(nuncium).ſ.ꝙ (chriſtus dominator orbis natus eſt in bethleem iude) id
eſt in illa ciuitate. que forte ꝑtinet tribui iude (enim) ꝓ quia (propheta
dixerat ſic ante) id eſt prius

¶ Hunc canit letus chorus angelorū. ſtella declarat. veniūt
eoy principes dignum celebrare cultum miſtica dona

(Chorus angeloꝝ) ex̄ñs (letus canit hunc) sc̄ chriſtū (ſtella) q̄ duxit
magos (declarat).i.manifeſtat hunc.⁊ (eoy ꝑ̇ncipes).i.orientales reges
(veniunt celebrare dignū cultū) ⁊ sc̄ offerre (miſtica dona)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Thus deo mirrham trocleten humando bracteas regi criſeas dum colunt vnū meminere trino tres dare terna

¶ Iſti tres reges (meminere) .i. cogitauerūt (dare) .i. offerre (deo munera) id eſt dona .ſ. aurū thus ⁊ mirrhā. ⁊ meminere deo offerre (trocleten) id eſt arborē rotundā. q̄ eſt arbor ſic dicta a loco in quo naſcit. ⁊ hꝫ aereuꝫ colorē Et declinat. ntō hec trocletis. gtō huius trocletis (humando) id ē ad humandū ⁊ ſepeliendū. qꝛ mortalis erat. ⁊ meminere offerre (regi) id ē chriſto regi regū (bracteas criſeas) .i. laminas aureas .quia criſis grece eſt idem qđ aurū latine (dum colunt) id eſt venerantur (vnum) deum. ⁊ meminere dare (terna) munera (trino) id eſt trinitati. quia vnuꝫ ſunt pater filius ⁊ ſpiritusſanctus

¶ Gloriam trine monadi canamus cū deo. diue genitecꝫ ꝓli flaminicꝫ ſancto ab vtrocꝫ fuſo corde fideli Amen.

¶ Et ergo nos chriſtiani (canamus) id eſt ꝓſoluamus (trine monadi) id eſt trine vnitati (cū deo) patre (gloriam) id eſt carmen leticie (cꝫ) ꝓ et canamus (diue genite ꝓli) id eſt filio dei gloriam. ⁊ canamus (ſancto flamini) id eſt ſpirituiſancto (fuſo ab vtrocꝫ) id eſt a patre ⁊ filio (fideli corde) id eſt ſincera intentione

Hoſtis herodes impie chriſtū venire quid times. non eripit mortalia qui regna dat celeſtia

¶ Materia huius hymni eſt ꝯclamatio quā facimus ꝯtra herodem. qꝛ audita chriſti natiuitate amittere regnū timuit. ideo multos pueros interfecit eſtimans ſe etiam chriſtū interficere. Intentio autoris eſt tractare de tribꝫ miraculis magnis q̄ in die epiphanie facta ſunt. ſcꝫ de trium magoꝝ apparitōne ꝑ ſtellā. de aque in vinū tranſmutatōe. ⁊ de chriſti baptiſmo in iordane. ⁊ etiā de pueris ꝑ herodem interfectis Et nota ꝙ hymnus iſte ꝯtinuat ſuperiori. ita. qꝛ dixit ꝙ chriſtus natus eſt. ⁊ paſſus eſt iacere in feno. vnde herodes de natiuitate eius turbatꝰ occidit multos pueros timens ne regnū ſuū amitteret. ſed ſtulte fecit. qꝛ ille q̄ eſt rex regū ⁊ dominus dominantiū nō venit vt ei regnū auferret. ſꝫ vt totū mūdum tantis criminibꝫ inuolutū a peccatis liberaret. ⁊ hoc eſt quod dicit. O (impie hoſtis herodes q̄d) id eſt cur (times chriſtū venire) quia ipē (non eripit mortalia) regna (qui dat celeſtia regna)

¶ Ibant magi (quā viderant) ſtellam ſequentes preuiam. lumen requirunt lumine. deum fatentur munere.

¶ (Magi) id eſt reges (ibant) q̄ſitū chriſtū ⁊ adorare eum (ſequētes ſtellā preuiā) id eſt p̄cedentē (quā viderant. ⁊ (req̄runt lumen) .i. chriſtū (lumine) id eſt cum ſtella (⁊ fatētur deū munere) ſcꝫ auro thure ⁊ mirrha

¶ Lauacra puri gurgitis celeſtis agn⁹ attigit. peccata que nõ detulit nos abluendo ſuſtulit.

¶ Cõſtrue (Celeſtis agnus) .i. chriſtus (attigit) .i. ſuſcepit (lauacra) id eſt baptiſmũ (puri gurgitis) ſcʒ iordanis (⁊ ſuſtulit) id eſt abitulit a no‑bis (abluendo nos) ꝑ baptiſmũ (peccata) id eſt crimina (q̃) peccata (nõ detulit) id eſt ſecũ nõ portauit. q꞉ ipẽ mundus erat ab om̃i peccato tam actuali q̃ʒ originali

¶ Nouum genus potentie. aque rubeſcunt ydrie. vinumqʒ iuſſa fundere mutauit vnda originem.

¶ Cõſtrue (Nouũ genus) .i. inauditũ opus (potentie) ſcʒ miraculorũ q꞉ (aque infuſe ydrie rubeſcunt) .i. flaueſcunt. qʒ pro et (vnda) .i. aqua in‑fuſa ydrie (iuſſa) .i. ꝑcepta (fundere) .i. effundere (vinũ mutauit originẽ) id eſt naturam ſuam. quia ad verbum domini aqua facta eſt vinum.

Aue maris ſtella dei mater alma atqʒ ſemper virgo felix celi porta.

¶ Materia huius hymni eſt de ſalutatõne beate virgini facta ab angelo ſic dicente Aue gr̃a plena dñs tecũ bñdicta tu in mulierib⁹ Et cũ ipa re‑ſpondiſſet. ecce ancilla dñi fiat mihi ẜm verbũ tuũ. tunc virture altiſſimi obumbrata eſt ⁊ ſolo ꝟbo ꝯcepit filiũ. q̇ eſt chriſtus dñs noſter Intẽdit etiã autor ipam beatã virginẽ mariam inuocare. vt ipa nomen eue ꝑ quã mors intrauit mutet. ⁊ vt ſoluat vincula peccatoꝝ noſtroꝝ. ⁊ preſtet no bis vitam eternam. ⁊ vt nos a peccatis abſolutos mites faciat ⁊ caſtos. Hinc etiã laudare nos hortatur ⁊ glorificare hũc diem. ꝓpter hoc q̄ eua ſumus de dominio dyaboli ꝑ ipam. ⁊ venimus ꝑ fidem ⁊ gratiam dei ad regna celorum Et innuit hoc per ſimile. faciendo iſtam comꝑatõnem. ſi‑cut enim ſtella maris preſtat ducatum ipſis nautis. vt veniant ad por‑tum. ita per ducatum virginis marie veniemus ad portum. id eſt ad chriſtũ. Et hoc eſt qḋ dicit (O ſtella maris) id eſt mundi (aue) id eſt ſal ue (o alma mater) id eſt ſancta genitrix (dei) ⁊ hominis (atqʒ) pro et. ma nens (ſemꝑ virgo) ſcʒ ante partum. in partu. ⁊ poſt partum. ⁊ (o felix por ta) id eſt ſancta ianua (celi) id eſt paradiſi (aue) id eſt ſalue

¶ Sumens illud aue gabrielis ore. funda nos in pace mu‑tans nomen eue

¶ Et quia tu (ſumens illud aue) id eſt illam ſalutatõnem angelicam. q̃ fertur ab (ore gabrielis) illius angeli ſic dicti (funda) id eſt cõfirma (nos in pace) id eſt in eterna beatitudine. tu dico (mutans nomen eue) in aue. id eſt maledictõem eue in tuam benedictõnem

¶ Solue vincla reis profer lumen cecis. mala noſtra pelle bona cuncta poſce

¶ Et q꞉ tu virgo dicta es ſtella maris. ⁊ q꞉ tu mutaſti nomen eue .i. ma‑

ledictōem eue deleuiſti. ⁊ īpetraſti nobis bñdictōem. ⁊ ꝯfudiſti morte͂ tri‑
buens nobis vitā ꝑpetuā. ideo (ſolue). i. dimitte (vincula) id eſt ligamina
¶ Hic ponit modũ incarnatõis vbi dei ex maria. ac ꝑ id obſecratio nr̃a de ope ferẽda ꝯfirmať. q̃ſi diceret fer opeȝ. ⁊ merito. qꝛ (tu genuiſti) dñm a q̃ oĩe bonũ ⁊ oĩe auxiliũ pẽdet (filiũ) ieſum xp̃m. exñtem (deũ) filium (genitũ de deo) patre. hoc ẽ dei patris deũ filiũ. ⁊ (q̃ nõ hȝ initiũ) diuinitatis. qꝛ eternꝰ (ſumpſit). i. accepit (exordiũ) humanitatꝫ ſue p̃ncipiũ (i te) ſcȝ maria De deo. i. a deo. ⁊ ſic de poniť iproprie. ⁊ nõ ꝓut dꝛ circũſtantiã cauſe materialis Exordiũ ꝓprie initiũ loquẽdi. dꝛ apud oratores a q̃ incipiũt beniuolẽtiã auditoꝝ captãtes. H vo poniť ꝓ p̃ncipio incarnatõis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Celum terramq; qui regit in te formatus extitit. quē mun/
dus totus non capit in tuo ventre iacuit.

Plura dt hic ad recōmēdatōez matris marie (Qui regit celũ terrãq;)
ſcz deꝰ dñs oim. cui obediũt celeſtia ⁊ terreſtria (extitit). i. fuit (formatꝰ)
. i. factꝰ de ſpũſcō (in te) ſcz maria. ⁊ ille (quē mũdꝰ totꝰ nō capit). i. nō ſuf
ficit plenarie cape cōprehēdere ſeu ītelligere. q2 incōprehenſibilis īmēſus
et infinite ꝟtutis ē. ⁊ ſic a ꝟtute finita capi ⁊ intelligi nō p̄t (iacuit). i. qe/
uit) in tuo ventre). i. in tuo vtero. ſcz carnaliter Et in iſto elucet ſpecialis
dignitas ⁊ ſingularis gratia virginis marie. quatenꝰ digna fuit dñm et
creatorē celi ⁊ terre in vtero ſuo portare ⁊ in mundum edere

¶ Deus et homo naſcitur vnus et chriſtus colitur. ieſus re/
demptor omnium ſaluator atq; gentium.

Clariꝰ hic deſignat fructũ vētris glorioſe ꝟginis marie. q2 deꝰ ⁊ hō
fuit ⁊c. In quo etiã oſtendit maxima beniuolētia dei ad nos hoies. maxi/
ma quoq; humilitas. vt de ſolio glorie ſue deſcēderet in vterꝫ ꝟginis ma/
rie. dolores ⁊ miſerias humane fragilitatꝭ vna nobiſcũ ⁊ ꝓ noſtra redē/
ptione paſſurus Dicit ergo ſic (Deus ⁊ hō naſcit) ſcz ex te virgine ma/
ria. deus em̄ fuit ⁊ hō factꝰ eſt. nō tñ duo ſ3 vnus eſt chriſtus. quare ſeq/
tur (⁊ colit vnus chriſtus) nō hō ꝑ ſe. nō deus ꝑ ſe. ſ3 vnus chriſtꝰ ex duo
bus illis naturꝭ. q̄ noiatur (ieſus redēptor). i. liberator (atq; ſaluator oim
gentiũ). i. hoim Uel ſic p̄t ꝯſtrui Ieſus redemptor ⁊c. naſcit deus ⁊ hō
et colitur vnus chriſtus Ieſus interp̄tat ſaluator. ⁊ ſic aptum nomē eſt
filij dei pro nobis incarnati. quod ⁊ ab angelo impoſitum eſt ei priuſq; in
vtero conciperetur Luce. ij.

¶ Hunc naſci nobis profuit. a morte nos eripuit. pro nobis
ipē mortuus et nos per illum viuimus

Ponit hic vtilitatē incarnatōis ⁊ natiuitatis dominice ex ꝟgine ma/
ria dicēs (Hunc) ſcz filiũ dei (naſci) in hunc mundũ (ꝓfuit) id ē vtile fuit
(nobis) ſcz hominibꝫ) q2 ipē (eripuit nos) id eſt liberauit (a morte). i. a ꝑ/
petua dãnatōne. quã incurrimus ex peccatis p̄mi noſtri parentis ade. vñ
(ipē mortuus) in patibulo crucis (ꝓ nobis) id eſt ꝓpter nos ab eterna
morte liberandos Iuxta illud O mors ero mors tua ⁊c (⁊ ſic nos viui/
mus) id eſt vitam eternam habemus (per illũ) ſcz ieſum chriſtũ Propter
peccatũ ade omnes eiecti eramus ⁊ excluſi a vita eterna ſiue gloria celeſti
ad quam nũc ꝑtingere poſſumus ſi volumus bñficio paſſionis ⁊ mortis
dominice Uel (viuimus) tam vita inferiori q; ſuperiori. q2 ſꝑ ſtamꝰ ſub
gubernatōne chriſti Uñ Siue viuimus ſiue morimur dñi ſumus

Hymnum canamus gratie chriſto qui rex eſt glorie. martiris victoriam ducamus ad memoriam.

In laudem beati Lamberti epī ⁊ martiris factus eſt hic hymnus In quo admonemur laudare xp̄m regē glorie de victoria martiris lamberti q̄ hodie colitur declaratis meritis ⁊ ꝟtutib⁊ ſanctitatis ſue Et in fine ponitur ⁊ narraẗ occaſio mortis ſue. ibi Crimē pippini. Sic hortaẗ nos autor (canamus). i. cātemus vel dicamus (hymnū) id eſt canticum laudis (gratie) sᵉ qua deus nos donat. vel (gratie) id eſt gratificationis ſiue gratiarū actionis (xp̄o qui eſt rex glorie). i. celeſtis leticie ⁊ beatitudinis (et ducamus). i. reuocemus (victoriā martyris) lamberti (ad memoriam) noſtram. reuoluendo ⁊ repetendo vitam ⁊ innocentē mortem iuſtiſſimi viri

¶ Aſſunt ſacra ſolennia. quibus docet eccleſia. qua ſit virtute preditus lambertus martyr inclitus

(Sacra ſolennia) feſta (aſſunt). i. preſentia ſunt. in (quib⁊ eccleſia) catholica (docet). i. predicat (qua virtute inclitus). i. inſignis ⁊ notabilis (martyr lambertus ſit preditus). i. ornatus.
Itē ſolēne ē idē qđ celebre. ⁊ diciẗ a ſoleo ⁊ annꝰ. q2 ſolet fieri ſingulis ānis
Inclitus id eſt glorioſus vel nobilis. Et dicitur ab in ⁊ cleos qđ eſt gloria quaſi valde glorioſus. et corripit mediam.

¶ Inuictus in certamine athleta chriſti nomine. fidem ſinceram tenuit. et charitate micuit.

Hic exprimitur virtus qua preditus fuit beatꝰ Lambertus de qua in verſu p̄cedente dixerat autor. Quia (inuictus athleta). i. inſupabilis pugil ſiue pugnator (in certamine) paſſionis ſue (nomīe xp̄i). i. ꝑpter xp̄m. ⁊ ꝑpter veritatē q̄ xp̄s ē. quā ipſe cōſtāter docuit ⁊ affirmauit. qre interemptus fuit. ſicut dicet verſus ſequēs (tenuit ſincerā fidem). i. puram integram ⁊ impmixtam aliqua heretica prauitate (⁊ micuit) reſplenduit vel clarus fuit (charitate) ſcȝ ad deum et proximū.

¶ Crimen pipini prohibens. curam ſolerter adhibens. inceſtus damnat nuptias vere ſaluti noxias.

Hic ſingulariſatur illud in quo fortitudo aliaq; merita beati viri principaliter claruerūt. q̄ occaſio interfectionis et mortis ſue fuerat. Pro cuius intellectu ſciendū eſt ꝙ beatꝰ lābertus increpauit pipinū regem francoꝝ de meretrice q̄dā quā tenebat Cuius rei occaſione Dodo meretricis frater ꝯgregato exercitu domū epī circūquaq; obſedit. Beatus vero lābertus ꝑ puerū quendā auiſatus deliberauit nō manu forti ſe defendere velle. ſed potius ꝓ veritate moriēdo triūphare. Et ſic impij irruentes in eū in orōne proſtratū interimerūt. Hoc vult dicere verſus iſte. Beatꝰ ergo lambertus (prohibens crimen pipini) regis francie cum meretrice (adhi

tens curam ſolerter).i.dans operā diligenter(damnat).i.culpat ꝛ argu-
it(nuptias inceſtus).i.adulterij. vel in alijs libꝛis(inceſtas).i.non rite fa
ctas ſed ꝓhibitas ꝛ(noxias).i.nociuas(vere ſaluti).i.ad verā ſalutem.
Inceſtus us ui.ꝓprie dicit̄ coitus cū ꝯſanguinea Inde inceſto as are ver
bū actiuū.i.taliter ipudicare ſm Hug.ſ; hic ꝓ adulterio ponit̄. Pipinus
eñ vxorē legitimā habuit.ꝛ ſup hoc cū meretrice ſe ꝯmiſcuit. Inde ince
ſtuoſus qđ adulter dici pōt. Adulteriū eñ ꝯmittit̄ cū cōiugato vel cōiu
gata. Stupꝛū cōmittit̄ in virginē. vel etiā in viduā honeſtā Dicitur etiā
inceſtus a um.i.pollut⁹.nō rite fact⁹.ſ; ꝯtra ꝓhibitionem iuris et eccleſie

¶ Hinc vt ſumatur vltio pꝛeſul datur ſupplicio. penam ſuf-
fert alacriter. quā placat cauſa iugiter.

Iſte verſus coheret p̄cedenti. qꝛ eñ ſanctus Lābertus arguit pipinū
de adulterio cū meretrice p̄dicta. ergo fecit Dodo frater meretricis vt h
ſeqtur. vñ(pꝛeſul).i.ep̄s lābertus(dat̄ ſupplicio).i.in ſuppliciū mortis(vt
vltio).i.vindicta(ſumatur hinc).i.de hac re narrata in pꝛecedenti verſu.
Et beatus lambertus(ſuffert).i.patitur(alacriter)id eſt lete vel fortiter
(penam)mortis(quā)mortem(cauſa)ſc; veritas ꝛ iuſtitia quā defende
bat(placat)id eſt ꝯtentat mitigat remunerat(iugiter).i. perpetuo. quia
exinde obtinuit vitam ſempiternā in retributionem a domino deo.
Item ſuppliciū a ſupplicare venit. qđ eſt ꝓpꝛie plicare genu ꝛ ceruicē ꝓut
in rogādo fieri ſolet. ꝛ ſic ꝓ rogare ſiue petere cū tali geſtu ponitur. quare
ſuppliciū ꝓpꝛie pꝛecatio dicitur Sed qꝛ in pena ſumēda etiā pꝛecatio q̄nq;
interuenit. ꝓ pena ipa trāſſumitur. eo mō quo triūphus qui eſt honoꝛ ob
victoꝛiā illatus poni inuenitur pꝛo ipſa victoꝛia ꝓpter quā fit triūphus

¶ Decus ſacrati nominis vitamq; nomen expꝛimit. hoc
te decoꝛum pꝛedicat crucis beate gloꝛiam

Ad ſanctum andreā apoſtolū dirigitur hic hymnus. In quo autoꝛ the
ma ſumit ab interpꝛetatione nominis andreas. illā adducēs ꝑ laudē ſan-
cte crucis. in qua ſanct⁹ andreas tranſuerſaliter affixus moꝛtē paſſus eſt.
Deinde ibi(Iam nos faueto)oꝛationē facit ad ſanctū andreā. Dicit er
go pꝛimo ſic O andrea(nomen)tuū ſc; andreas(expꝛimit)id eſt dicit ſi
gnificat vel impoꝛtat(decus)id eſt honoꝛem(ſacrati nominis)id eſt ſan-
cte et bone fame(q;)ꝓ et(vitam)bonā. Unde andreas interpꝛetatur de
coꝛus qualis fuit in vita ſua. ꝛ vt nomen conueniat aptius rei ſignificate
ꝑ ſanctā crucem ſacratum eſt. quia in ea ipſe obtinuit vt merito decoꝛus
diceretur Unde ſequitur(gloꝛia)id eſt honoꝛ(beate crucis)in qua tu pe
pendiſti(pꝛedicat).i.dicit(te decoꝝ).i.pulcrū(hoc)nomine.
Item decus dicit̄ honoꝛ ſiue honoꝛificētia ex reb⁹ bene geſtis impēſa De
coꝛ eſt pulcritudo rei vel perſone Etiam honeſtas dicitur ſi ad virtutem
referatur.

¶ Andrea chꝛiſti apoſtole hoc ipſo iam vocabulo ſignaris

iſto nomine decorus idem myſtice.

O (andrea apoſtole chriſti) id eſt o nuncie filij dei. Apoſtolus grecū vocabulū dicitur latine nuncius vel miſſus. tu (idem ſignaris). i. interpretaris (iam hoc ipſo vocabulo). i. hoc nomine andreas (myſtice). i. myſterialiter (iſto noīe decorus) q2 andreas interp̄tatur decorus. Itē myſterium prima ſyllaba cū greco y. dicit̄ honor funebris. vel archanū. vel allegorica et ſpiritualis ſignificatio. Inde myſticus a um. i. allegoric⁹ vel interpretatiuus ſpiritualiter.

¶ Quem crux ad alta prouehit. crux quem beata diligit. cui crux amara preparat lucis futura gaudia

¶ Iſte verſus dicit in quo reſidet ille decor a quo ſanctus andreas decorus recte appellet̄. ſic (quē) andream (crux prouehit). i. leuat ⁊ erigit (ad alta). i. ad altos honores in celis apud deū. ⁊ in terris apud hoīes (quē beata crux diligit) amat. Ipſe em̄ audacter ⁊ ꝯſtanter gloriā beate crucis predicauit. quare merito crux ſiue xp̄s crucifixus dilexit ipſuȝ. Unde andreas mirabiliter dilexit crucē. q2 dixit o ſancta crux amator tuus ſemper fui. ⁊ deſideraui te amplecti o bona crux. ⁊ ſic hic fuit mutuus ⁊ reciproc⁹ amor. qui ver⁹ amor dicitur. male enim amat qui non redamatur (cui) andree (amara crux preparat) id ē diſponit vel obtinere facit (futura gaudia lucis) ſcȝ celeſtis. Crux dicit̄ amara. quia penalis plurimū ⁊ ignominioſa fuerat. Non em̄ erat illo tempore ignominioſius ⁊ turpius genus mortis q̄ per crucem. quare etiam beato petro vt extraneo dabatur crux ſed beato Paulo tanq̄ ciui romano dabatur gladius

¶ In te crucis myſterium cluit gemello ſtigmate. dum probra vincis per crucem. cruciſq; pandis ſanguinem

Expreſſius tāgitur hic ⁊ declaratur decor ſancte crucis in beato andrea quia (myſterium) id eſt honor ⁊ gloria (crucis cluit) id eſt apparet. Et venit a verbo cluo is ere. id eſt defendere ⁊ ſplendere vel apparere (in te) andrea (gemello ſtigmate) id eſt duplici cicatrice vel ſigno relicto in te. Primū ſtigma ē (dum) ꝓ qñ. tu (vincis). i. ſuperas (probra). i. improperia et ꝯtumelias (per crucem). i. ꝑ mortē crucis. quia mors finis maloꝝ eſt. Secundum ſtigma eſt (q;) ꝓ et (pandis) id eſt aperis vel effundis (ſanguinem crucis) id eſt tu facis crucem ſanguine tuo manare. ſicut ſanguine chriſti magiſtri tui in ipſa pendentis manauit ⁊ rubefacta fuit.

¶ Item ſtigma atis. id eſt cicatrix. Unde de beato Franciſco dicitur q̄ habuerit ſtigmata quinq; vulnerum xp̄i in corpore ſuo. Et ad Galathas ſexto habetur. Ego em̄ ſtigmata domini ieſu in corpore meo porto. id ē cicatrices eius. Item probrū. i. dedecus ignominia vel conuiciū. Inde opprobrium ⁊ exprobrium. i. ſcādalum vel improperiū. Iñ opprobrare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& exp̄ꝛobare.id eſt conuiciari vel impꝛoperare.

¶ Iam nos foueto languidos.curamqꝫ noſtri ſuſcipe. quo per crucis victoꝛiam celi petamus patriam

¶ Oꝛatio eſt ad beatum andream hoc modo O andrea apoſtole xp̄i (fo
ueto).i.refocillato vel iuuato (iā nos languidos).i.infirmos ⁊ debiles ex
defectu bonoꝝ opeꝝ (qꝫ) pꝛo et (ſuſcipe).i.aſſume in te (curā).i.cuſtodiā
ſiue curationē vel ſanandi operā (noſtri).i.de nobis. Fouere multa ſigni-
ficat ſcꝫ nutrire aſpergere ꝯſtituere recreare tueri ⁊c. (quo).i.vt. ⁊ ſic ꝗ eſt
coniunctio cauſalis dicens cauſam finalē ſicut vt ⁊ quin. Nꝫ aūt ⁊ q̄a di-
cūt cauſam efficientē (petamꝰ).i.accedamꝰ nos (patriā celi).i.regnū celo-
rū. Celū dicitur domiciliū ſiue habitatio beatoꝝ. Et vocaꝛ a theologis pa-
tria. ⁊ locus iſte terreſtris vocatur via (ꝑ victoꝛiā crucis).i.quā habuiſtī
in cruce de malis omnibꝫ ⁊ incōmodis huius ſeculi triūphādo vt in ver-
ſu pꝛecedenti dicebatur.dum pꝛobꝛa vincis per crucem.

Katherine collaudemus virtutum inſignia.coꝛdis ei pꝛeſentemus et oꝛis obſequia.vt ſpe certa reſpiremꝰ per eius ſuffragia

Hymnus iſte eſt de beata katherina. Et p̄mo incitat nos ad laudes et
obſequia virginis ſancte katherine. Secūdo ibi. Fulta fide. ⁊ deinceps
vſqꝫ ibi. Huiꝰ ergo.recitat hyſtoꝛiā Et in vltimo verſu noiato iā oꝛōnē
facit. Ita exoꝛdiꝛ.nos xp̄ifideles (collaudemus).i.ſimul laudemꝰ ⁊ recō-
mēdemus (inſignia).i.pꝛeclara ⁊ pꝛecipua oꝛnamēta (virtutū).i.bonoꝝ
opeꝝ (katherine) virginis. ⁊ (pꝛeſentemꝰ).i.offeramꝰ (ei obſequia).i.ſer-
uitia (coꝛdis ⁊ oꝛis) noſtri.ꝑfecte videlicet ⁊ intime deuotionis.qn̄ coꝛ cō-
coꝛdat oꝛi.sᶜ in illū finē (vt reſpiremus).i.reſurgamus. vires reſumamꝰ
vel iteꝝ viuamus ſub (certa ſpe) eterne beatitudinis obtinende (per ſuf-
fragia).i.ſubſidia dep̄cationis ꝓ nobis apud deum (eius) katherine.
Itē obſequi.i.inſeruire vel ꝓ ꝯplacere poniꝛ. Iñ obſequiū.i.ſeruitiū vel
obtēperatio ad gratiā ⁊ ꝯplacentiā.vñ Therentius Obſequiū amicos
veritas odiū parit. Suffragiū ꝓpꝛie eſt auxiliū ſiue patrociniū qꝺ pꝛeſtat
aduocatus. Eſt etiam opus depꝛecationis pꝛo animabus factum

¶ Fulta fide katherina iudicem maxentium non foꝛmidat lex diuina ſic foꝛmat eloquium.q̄ confutat ex doctrina docto ꝛes gentilium

Incipit hyſtoꝛia (katherina fulta).i.oꝛnata.armata. adiuta. ꝓtecta. vel
ſuſtentata ſiue ꝯfirmata. Fulcio is ire.i.oꝛnare vel ſuſtinere.vñ Virgiliꝰ
Atlantis duri celū qui vertice fulcit.hoc eſt ſuſtinet. Suffulcire id eſt iu-
uare vel ſuſtentare (fide) id eſt ꝑ fidem catholicam (non foꝛmidat) id ē nō
timet (iudicem maxentiū).i.impꝛatoꝛē.qui oēs circūquaqꝫ ad alexandri-
am ꝓuocauit ad imolandū dijs ⁊c. videaꝛ hyſtoꝛia (lex diuina) quā edo

cta fuit. vel (lex diuina) id est celestis gr̄a (sic format eloquiũ) .i. eloquētiā
ꝟginis katherine qñ disputabat in p̄sentia maxentij iudicis cũ doctoribꝫ
ꝑ eũ ꝯuocatis (q̄ ꝯfutat) id est ꝯfundit ꝛ vincit (doctores gentiliũ) id ē
infideliũ (ex doctrina) eoꝝ scꝫ ex ꝑncipijs ph̄ie
Confutare .id est ꝯfundere refutare spernere vel reijcere

¶ Victi christum confitentur relictis erroribus. iudex iu-
bet vt crementur. nec pilis nec vestibus nocet ignis. sed tor-
rentur iniustis corporibus.

¶ Doctores p̄tracti (victi) ꝑ beatā katherinā (ꝯfitent̃ xp̄m) in eũ creden-
do (erroribꝫ) gentilitat3 sue (relictis) .i. postpositis. quare cōmotus ma-
xentius (iudex iubet vt crement̃) .i. cōburent̃ Et factũ est miraculũ. q̄a
(ignis nec nocet pilis) .i. crinibꝫ (nec vestibꝫ) ꝑ p̄seruatōem dei (sꝫ torren
tur) .i. voluunt̃ ꝛ vertunt̃ in igne (corporibꝫ) eoꝝ (iniustis) .i. nō cōbustis
ita q̄ mortui sunt ex hm̄oi ꝯcrematōe. sꝫ ad extra nō apparuit. q2 igne cō-
sumpto corpora illesa inuenta sunt. ꝛ sic depost sepeliebantur
Torrere ꝑcat ꝑterere assanda apud ignē. vel rapide voluere aquā In tor-
rens .i. aqua ip̄etuose fluēs. vl̄ ꝑcat cremare. vt ibi .in ara crucis torridũ .i.
crematũ In p̄ma ꝑcatōe videt̃ h̄ poni. vl̄ etiā i tercia si ad iteriora referat̃.

¶ Velut aurum quod probauit fornacis adustio. nam quos
foris conseruauit christus ab incendio. coxit intus ꝛ purga-
uit fides et confessio.

¶ Comparatōnem facit iste versus Et d̄t (nam) ꝓ q2 (fides) suscepta
(coxit intus) id est ab intra (ꝛ ꝯfessio) erroꝝ suoꝝ ꝛ peccatoꝝ (purgauit)
id est emũdauit illos doctores (quos) xp̄s (ꝯseruauit) id est custodiuit.
(foris) id est ab extra (ab incendio) id est ignis lesione (velut) id est sicut
(auꝝ. qd̄ adustio fornacis ꝓbauit) id est examinauit ꝛ depurauit Sicut
eñ ignis separat ꝛ depurat oēm aliā minerā ab auro nihil auri ꝯsumen-
do. ita ignis iste depurauit ꝛ separauit oēm peccati scoriā ꝛ gentilitat3 er-
rorem. fide ꝛ ꝯfessione accedentibꝫ ꝛc̄. Aliter p̄t ordinari ista ꝯstructio
ꝯnectendo ip̄ius ꝑncipiũ ad finē versus p̄cedentis sic (sꝫ torrent̃) id ē cre
mant̃ scꝫ ad intra (iniustis corporibꝫ) scꝫ ad extra (velut auꝝ) ꝛc̄. ꝛ sic me
lius concordat cum versu precedenti

¶ Post hec blandis rex molitur virginem seducere. nec pro-
missis emollitur. nec terretur verbere. cōpeditur custoditur
tetro clausa carcere.

¶ (Post hec) q̄ dicta sunt. q2 nō potuit ꝑficere (rex molit̃) .i. laborat ꝛ co
nat̃ (seducere) id est a fide abducere (ꝟginē) katherinā (blandis) .i. dulci-
bus ꝟbis (nec emollit̃) .i. nec mollior fit seu inducit̃ ad ꝯsentiendum regi
(ꝓmissis) .i. ꝓmissionibꝫ regis (nec) .i. etiā nō (terret̃ ꝟbere) .i. ꝟberibꝫ. q2

ſcorpionib⁹ ceſa fuit Ecce tres vias q̄b⁹ erat rex aggreſſus ꝟginē katherinā. ſcʒ blandicijs. ꝓmiſſionib⁹ ⁊ ꝟberib⁹ Et qꝛ poſt oīa iſta adhuc ꝯſentire recuſauit (cōpedit̄). i. cōpedib⁹ claudit̄ ⁊ ligat̄. ⁊ (cuſtodit̄) ſcʒ ꝑ famulos regis (clauſa). i. recluſa. in (tetro carcere) ſcʒ fedo ⁊ obſcuro Moliri. i. conari. molere eſt grana terere ſiue frangere Mollire. id eſt mollificare. Tetrū dꝛ qđ eſt fetidū amaꝝ impiū obſcuꝝ. ⁊ in alijs qualitatib⁹ ſꝑ ad malam partem ꝓ ꝯditōne materie trahit̄ ꝟcandam.

¶ Hinc rex furit et tabeſcit. nec intra cor capitur. ꝙ nox ibi noctem neſcit nox in diem vertitur. ſoli turba multa creſcit. ieiuna reficitur.

¶ (Hinc) id eſt poſt hoc (rex) ſcʒ maxentius (furit ⁊ tabeſcit) id eſt in animo ꝑturbatur ⁊ ꝯſternatur Item tabes eſt putredo de corpore fluēs Inde tabeo es ere. id eſt tabidum ⁊ fetidū eſſe Inde tabeſcere verbū inchoatiuum ꝓ eodem. ſed ſi ad aīam referatur ꝑturbatio dꝛ Tabes etiam extrema macies eſt. qꝛ poſt longum fluxuʒ ſaniei corpus ad extremā tabem. id eſt maciem ꝑuenit. quaſi non ſit vlterior materia ſaniei ꝓcreande relicta (nec) id eſt nō (capit̄) id ē intelligit̄ (intra cor) sᶜ ſuū (ꝙ nox neſcit ibi) in carcere (noctē) id ē obſcuritatē. qꝛ (nox vertit̄ in diem) qꝛ celeſti lumine carcer illuminabat̄ a dn̄o deo. ⁊ (multa turba) ſcʒ angeloꝝ apparentium ibidē (creſcit ſoli) id eſt ſolitarie virgini katherine ⁊ etiā (ieiuna reficitur) id eſt cibatur alitur ꝑ colūbam candidam que de celo eſcā ſibi portauit Iuſſit em̄ iudex vt ꝑ duodecim dies fame cruciaret̄. ſʒ interim refecta eſt vt hic dicitur

¶ Clauſe lumen ne claudatur elucet porphirio. qui regine federatur fidei collegio. quoꝝ fidem imitat̄ ducentena concio.

¶ Pro intellectu notandū. ꝙ rex alijs negotijs impeditus habuit aliq̄d recedere a loco Interim regina cū porphirio duce milicie amore ꝟginis viſitande media nocte carcerē intrauit. ⁊ vidit carcerem magna claritate illuminatū atqꝫ angelos vulnera ſua ꝑungentes. quos katherina poſt longam p̄dicatōem ad fidē ꝯuertit ⁊ cū eis ducentos de familia regis. qui oēs ꝑ regē carnificati ſunt. ſicut hyſtoria longius narrat Hoc dꝛ iſte verſus q̄ ſic exponit̄ (ne lumen) ſcʒ celeſte (claudat̄ clauſe) katherine. in teſtimoniū veritatis illius rei ⁊ miraculi oſtenſionē (elucet) etiā (porphirio. q̄ federat̄) id eſt ꝯcordat̄ ⁊ ꝯiungit̄ (regine collegio) id ē ſocietati (fidei) qꝛ oēs ſimul fidē receperūt (quoꝝ) ſcʒ porphirij ⁊ regine (fidē ducentena concio) id eſt ducentoꝝ militū multitudo (imitat̄) id eſt ſeq̄tur Collegē em̄ dicunt̄ duo vel plures ad vnū negotiū deputati. ⁊ ſic tales dicunt̄ vnius poteſtatis quaſi pariter electi. Inde dꝛ collegium. id eſt talis ſocietas Concio dꝛ multitudo populi congregata Dicitur etiā illa oratio quam orator facit ad congregatōnem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Huius ergo concionis concordi conſtantia. vim humane paſſionis pari patientia ſuperemus. vt cum bonis letemur in gloria Amen.

¶ Finaliter ad verſuꝫ p̄cedentē annectit̃ oratio. dicēs (ergo) nos (ſuperemus vim) .i. amaritudinē ⁊ duriciē (humane paſſionis) .i. quā hoīes nobis inferre pn̄t (pari patientia) .i. ſili ⁊ (ꝯcordi ꝯſtātia) .i. vnanimi ꝑſeuerantia (huius ꝯcionis) p̄dicte (vt letemur cum bonis in gloria) celeſti. quaſi diceret Sicut dicta concio ſua conſtantia ⁊ patientia humana tormenta ſuperauit ⁊ eterna gaudia per hoc obtinuit. ita ſimiliter cōcedat nobis deus vt ſic faciamus

Sancte dei precioſe prothomartyr ſtephane. qui virtute charitatis circumfulſus vndiqꝫ. dominum pro inimico exoraſti populo.

¶ Preſens hymnus ꝯtinet orōem ad beatū ſtephanū in duob⁹ verſib⁹ q̄ ſibi cōdependēt Et in vltimo d̄r gloria ſancte trinitati. dicens O (ſancte ſtephane p̄cioſe) id eſt glorioſe (ꝓthomartyr dei) .i. p̄mus martyr Sanctus em̄ ſtephanus fuit p̄mus martyr poſt paſſionem dn̄i ⁊ aſcenſionem eiuſdē. q̄ȝ eodē anno tercia die menſis auguſti (q̄ circūfulſus) id eſt circū-ornatus (virtute charitatis) id eſt diuini amoris (vndiqꝫ) ex om̄i ꝑte (exoraſti dn̄m ꝓ inimico ꝑplo) .i. ꝓ te lapidantib⁹. inter quos fuit Saulus. q̄ hac orōne poſtea ꝑ dn̄m ꝯuerſus eſt Et ita bn̄ d̄r exoraſti. id eſt induxiſti orōne tua dominū. vt tibi in petitōe tua ꝯdeſcēderet ſicut in Saulo fecit Actuū .ix. Itē differūt exorare ⁊ orare. q̄ȝ orare eſt ſimpl'r rogare. ſꝫ exorare eſt rogare ⁊ impetrare ſiue rogando inducere. nihilominus plan⁹ ſtat pro orare Itē q̄ beatus ſtephanus ꝓ inimicis ſuis orauit habet̃ Actuuꝫ vij. vbi d̄r Poſitis aūt genub⁹ clamauit voce magna dicens Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum In quo claruit magna ꝑfectio charitatis. nobis in exemplum vt ſimile faciamus

¶ Funde preces pro deuoto tibi nunc collegio. vt tuo propiciatus interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus.

¶ Hic ꝑficit̃ ſn̄ia p̄oris ꝟſus O ſtephane q̄ exoraſti ⁊c̄ (funde nūc p̄ces ꝓ collegio) .i. ſocietate (deuoto tibi) dedito ⁊ dedicato ſupplicāti (vt dn̄s ꝓpiciatus) .i. ꝓpicius factus ſiue recōciliat⁹ (tuo interuentu) ꝑ tuā interceſſionē (iungat ciuib⁹ celi nos purgatos a peccatis) sc noſtris

¶ Gloria et honor deo vſquequo altiſſimo ⁊c̄.

Require ſupra in hymno Luſtra ſex ⁊c̄. q̄ȝ ibi expoſitus eſt

# Expoſitio hymnoꝝ

**PReco preclarus ſacer et propheta. regis eterni para-**
**nymphus almi. voxqꝫ clamãtis. domino potenter**
**dirige callem.**

¶ Hymnꝰ iſte ad ſanctũ ioannẽ baptiſtã dr̃. ⁊ ẽ orõ q̃dã ad eũ. cuiꝰ ſnĩa
ꝑmo cõplet̃ in tercio v̾ſu Primus cũ v̾ſus ntm̃ hꝫ. ſcõs relatiũ ꝑ iplica-
tionẽ. terciꝰ v̾bũ. ⁊ ſic tandẽ reſultat vna euocatio Et in vltimo v̾ſu petit̃
idẽ a ſcã trinitate qd̾ ĩ alijs Primꝰ v̾ſus ꝯtinet diuerſa noĩa ioãnis ba-
ptiſte Dicit ſic Tu (ꝑclarꝰ ꝑco) .i. notabilis nũciꝰ ſiue ꝓclamator (⁊ ſa
cer ꝓpheta) vt ibi Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis (paranymphus)
ꝑcurſor (almi eterni regis) id eſt chriſti almi ab alendo. qꝛ nos alit Para-
nymphus grece dr̃ ꝓnubꝰ vel auſpex latine. q̃ ſcꝫ de nuptijs auſpiciũ ca-
piebat. ex ꝑte viri ad hoc datus ⁊ exhibitꝰ Pronubꝰ ex ꝑte mulieris Sꝫ
qꝛ hmõi auſpicia chriſtiana religio nõ recipit. ſacerdos ſic dici p̃t q̃ in lo-
cum auſpicionis alia officia facit Hic ꝑcurſor dici p̃t (qꝫ) ꝓ et (vox clamã
tis) ſc in deſerto (dirige) id eſt para (dño callẽ) id eſt viã (potẽter) .i. cuꝫ
potentia. ſicut dr̃ Eſaie. xl. Ego vox clamantis in deſerto parate viã dñi
rectas facite ſemitas eiꝰ Et habet̃ recitatiue Johis ꝑmo Marci ꝑmo
Mathei. iij. Luce. iij. In ꝑdictis nominibꝰ ſ̾cant̃ diuerſa merita beati io-
hannis baptiſte. qꝛ in ꝑcone ꝓrogatiua ꝑdicatõnis In ꝓpheta ꝓrogatiua
cognitõnis In ꝑcurſore ꝑparatõnis In voce humilitatis Et in angelo
ꝓrogatiua virginitatis. quibus omĩbus ſanctus ioannes clarus fuit. et
ob id merito dictis nominibus nominatur

¶ **Qui redemptorem digito notaſti rite tollẽtem ſcelus omẽ**
**mundi. intĩmans agnum pietate cunctũ ſoluere mundum**

¶ (Qui notaſti) .i. monſtraſti (redẽptorẽ) ſcꝫ ieſuꝫ (digito) ſc tuo. dicẽs
Ecce agnus dei ⁊c̃. Joãnis ꝑmo (tollentẽ) .i. auferentẽ (rite) .i. bñ (omẽ
ſcelus mundi) .i. peccatũ hoĩm de mũdo. ꝑ metonomiã. ꝯtinẽs ꝓ ꝯtento
Et qꝛ agnus pius eſt (intĩmans) .i. ſ̾cans (agnũ) ſcꝫ ieſum (ſoluere) id ẽ
liberare (cunctũ) id eſt totũ (mundũ. ſua pietate) id eſt miſericordia

¶ **Angelus cum tu vocitaris alti. iura formãtem flagita to-**
**nantem. quatenus ſanctis ſociemur aſtris arce poloꝝ**

¶ Nũc ꝑficit̃ ſnĩa h̾ mõ (cũ) .i. qꝛ (tu) ꝑco ꝑclarꝰ q̃ notaſti ⁊c̃. (vocitarꝭ
angelꝰ) .i. nũcius (alti) .i. excelſi dei. vt ibi Ecce ego mitto angelũ meũ an̄
faciẽ tuã ⁊c̃. Hic venit orõ (flagita) .i. ora (tonantẽ) ſcꝫ iouem ſummũ deũ
(formantẽ) .i. ꝯſtituentẽ (iura) ſcꝫ naturalia. poſitiua ⁊ diuina (q̃tenus)
vt (ſociemur ſanctis aſtris) .i. electis dei. in (arce) id eſt in ſummitate (po
loꝝ) id eſt celoꝝ ¶ Flagitare eſt vehementer ⁊ plus q̃ꝫ poſtulare. qd̾ eſt
exigere ⁊ rem quaſi debitã ꝓ meritis petere Item quatenus ſ̾cat vt. vl̾
quoniã. vel in q̃ꝫtum. vel ꝓ qua re ⁊c̃.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hocq; tu preſta genitor ſupne. nate ſuperni dator ac redemptor. ſpiritus rector tribue p̄camur omne ꝑ euum Amē.

¶ Idem fit hic ad ſanctam trinitatem quod in verſu p̄cedente ad ioannē (q;) ꝑ et. nos (precamur) id eſt rogamus o (tu ſuperne genitor) id eſt pater in diuinis (preſta hoc) quod dictum eſt. et o tu (nate ſupni) id eſt o fili dei altiſſimi (dator ac redēptor) preſta hoc. et etiā o tu (ſpiritus rector tribue) hoc (per om̄e euum). i. ſemꝑ. Amen

FRatres vnanímes federe nexili mecuz participes luminis annui. quo ſolis hodie fulminat orbita. martini reuehens feſta celebria.

¶ Ad laudem beati martini epiſcopi iſte hymnus decantat̄. In quo autor primo inuitat nos vna ſecum cantare ſancto martino. Secūdo ponit cauſam quare id merito faciamus. ſubdens merita ⁊ virtutes p̄clari viri ibi Martinus q̄m. Tercio ↄcludit merito beato viro eſſe pſallenduz. ipſi ↄdeſcendēdo in eo quod approbat vel improbat petēdo finaliter a xp̄o vt beatus martinus ꝓſpera faciat noſtra tēpora. ibi His nos ſubſidijs. Primus verſus dependet ad ſcd̄m. ⁊ ibi ſentētia ꝑficitur. Exponitur ergo ſic O (fratres) nos (vnanimes). i. cōcordes (nexili federe). i. connexa vnione ſacre fidei. Nexile em̄ dicitur quod nexum eſt. ſicut tinctile quod tinctum eſt (participes) id eſt participantes (mecum) ſcilicz cum autore preſentis hymni (annui luminis) id eſt ſingulis annis lucis (quo) lumine (orbita) id eſt reuolutio vel tranſitus (ſolis reuehens) id ē reducens (celebria feſta martini) epiſcopi (fulminat) i. coruſcat vel refulget (hodie). i. in hac die. Quaſi diceret. vos fratres in vna fide concordes ac religione. qui mecuz gaudetis de annuo lumine preſentis diei feſti ſancti martini nunc reuoluti. Cantemus ⁊c. ita vt ſit cōceptio ꝑſonaꝝ indirecta. ſic vos cum me cantemus. ſicut tu cum me debemus. ponendo ꝑſonā ↄcipientē in ablatiuo.
Quid ſit orbita dictū eſt ſupra in hymno Votiua cunctis ⁊c.

Cantemus pariter carmen amabile martini meritis. opido nobili clerus cum populo conſonet organo. grandi nam volupe eſt pſallere gaudio

¶ Nos chriſtiani (cantemus pariter). i. ſimul (amabile carmen). i. dulce et delectabile canticuz (meritis martini) epiſcopi. immo quod maius eſt (clerus cum populo). i. doctus cum indocto (conſonet). i. canat (opido) id eſt valde. ⁊ eſt media producta (nobili organo) id eſt bene apto. ſcz puro corde. Cauſaz reddit (nam pſallere) id eſt cantare (grandi gaudio) id eſt magna leticia ad honorem beati martini (eſt volupe) id eſt delectabile et voluptuoſum. quia pium eſt congaudere martino.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Martinus quoniam vota fidelium attendit. tribuens cun/cta ſalubria. confert hic famulis rite canentibus ſtellis aureola ſerta micantibus.**

¶ Hic dat cauſam quare pſallendū ⁊ cantandum ſit ſancto martino. Vn̄ volupe eſt pſallere ⁊c̄. (quoniam martinus attendit). i. aſpicit ⁊ grata re/cipit (vota). i. deſideria (fidelium) id eſt deuotoꝝ ſuorum (tribuens) id eſt donans (cuncta ſalubria). i. ſalutaria ipſis. que ſcʒ ab eo deſiderant. vel ſi habeatur (accendit). i. ardere facit ⁊ aſcēdere coram deo. ita vt accepta ſint apud deū. Et (confert). i. concedit (famulis) ſuis (canentibus) eidem (hic). i. in hoc mūdo vel in hoc tp̱e (rite). i. debite (aureola ſerta). i. aureas coronas. cuʒ (ſtellis micantibꝫ). i. cum coruſcantibus lapidibꝫ celeſtis cla/ritatis Aureolus a um. i. aureꝰ. Inde aureola. i. aurea corona. q̄ a deo confertur martyribꝫ doctoribꝫ ⁊ virginibꝫ in ſignū ſpecialis meriti ⁊ p̄rogatiue. Sertum eñ dr̄ corona de floribꝫ facta. virginibꝫ imponi ſolita. vn̄ Virgilius Serta procul capiti tantum delapſa iacebunt.

**Cunctis candelabrum luminis extitit. a multis tenebras et expulit. virtutum ſtatuit creſcere germina. in quorum fuerāt pectore crimina**

¶ Hic ponit plura merita beati martini dicēs. Martinus (extitit) id eſt fuit (cunctis) hominibus ſuo tempore exiſtentibꝫ (candelabruʒ luminis) id eſt exemplum bone vite. vt pater in euangelio. Sic luceat lux veſtra coram hominibꝫ vt videant opera veſtra bona. ⁊ glorificent patrem veſtrū qui in celis eſt (et expulit a multis) hominibꝫ (tenebras mortis). i. pecca/ta quoꝝ ſtipendiū eſt mors. hoc eſt eterna damnatio. p̱ ſuam doctrinam ⁊ ſuam ſanctā cōuerſatōem (ſtatuit germina). i. fructus primo pullulantes (virtutum). i. bonoꝝ operum (creſcere) in illis (in quoꝝ pectore) id eſt corde (crimina). i. peccata (fuerant) quia tales p̱ ſuam ſanctā cōuerſationem ad fidem conuertit. ⁊ ad rectam vitam

**His nos ſubſidijs vndiq̛ʒ prediti pangamus proprio canti/ca preſuli. laudemus parili voce quod approbat. damnemus vigili mente quod improbat.**

¶ Concludit ex predictis. Ergo (nos prediti his ſubſidijs) id eſt haben/tes dicta ſubſidia beati martini. vel (prediti) id eſt ornati vel armati (vn/diq̛ʒ) id eſt ab omni parte (pangamus) id eſt cantemus (proprio preſuli) id eſt proprio epiſcopo noſtro martino (cantica) id ē carmina. Et ſic (lau/demus parili voce) id eſt vno ⁊ eodem conſenſu. illud (quod) ipſe (appro/bat) id eſt laudat. vt eſt bonum ſiue virtus. ⁊ (damnemus) id eſt reprobe/mus (vigili mente) id eſt corde vigilanti. id (quod) ipſe (improbat) id eſt reprobat et arguit. ſicut eſt malum ſiue peccatum. Quaſi diceret proſequa

mur cum ipſo bona. et fugiamus ſimiliter mala cum ipſo.

**Martinū precibus gens modo gallica dignis ſollicitet. noſtraqꝫ patria. martinus faciat tempora proſpera. chriſte mundi ſalus o tibi gloria.**

¶ Rogatio eſt hoc modo (gens gallica) id eſt populus francie (ſollicitet modo) id eſt ſollicite aggrediatur ⁊ pulſet nunc (martinum dignis precibus) id eſt debitis ⁊ congruis orationibus (qꝫ) pro et (noſtra patria) id eſt noſtra dioceſis. ſcꝫ traiectenſis vel ſimilis vbi canitur hic hymnus. etiā ſollicitet ⁊c. qꝫ ſcꝫ (martinus faciat proſpera tempora) vite noſtre. vt feliciter ⁊ quiete viuamus in hoc ſeculo. Finaliter glorificat chriſtum dicens (o chriſte ſalus mundi) id eſt redemptor vel ſaluator (gloria) id eſt honor (ſit tibi) Amen.

**Salue crux ſancta. ſalue mundi gloria. vera ſpes noſtra. vera ferens gaudia. ſignum ſalutis. ſalus in periculis vitale lignum vitam portans omnium.**

¶ Ad ſanctam crucē dr hic hymnus in quo primo ſalutatur ſancta crux diuerſis nominibus laudatiuis deſignata. Secūdo oſtendit ſanctam crucem adorandā eſſe ibi. Te adorandam. Tercio ponitur effectus eius. ibi. Originale. Quarto fit oratio ad chriſtum quatenus nos defendat a morbis corpis ⁊ anime. ibi Protege. Vltimo laudatur ſancta trinitas. Sic ergo dicit primus verſus. O (ſancta crux ſalue) id eſt ſis ſalutata. o (gloria). i. honor (mundi ſalue) que es (noſtra vera ſpes. ferens). i. donās (vera gaudia) que es (ſignuꝫ ſalutis). i. noſtre redemptōnis. ⁊ que es (ſalus) id eſt ſaluatio (in periculis). i. in neceſſitatibus. auguſtijs ⁊ terroribus. qꝛ tunc ſigno crucis noſipſos ſignamus contra dyabolum. ne ſe immiſceat. ſed vt effugetur. iuxta illud. Crux fugat oīe malū. (vitale lignum) id eſt viuificū. qꝛ (portans vitā oīm) ſcꝫ ieſum xp̄m. qui in ligno crucis ꝓ nobis mortuus. nos ꝑ peccatū primi parentis mortuos reuiuificauit.

¶ Periculū a perio is ire. id eſt diſcrimen ſalutis. ſed a pereor verbo antiquo dicitur experimentum. Inde periculū facere. ſignificat experiri. Therentius. Fac periculum in litteris.

**Te adorandam. te crucem viuificam in te redempti dulce decus ſeculi ſemper laudamus. ſemper tibi canimus. per lignū ſerui. per te lignum liberi**

¶ Hic oſtendit ſanctam crucem fore adorandam his verbis. O (dulce decus) id eſt honor (ſeculi) id eſt mundi. nos (redempti in te) id eſt per te crucem (laudamus) id eſt cōmendamus (ſemper te adorandam) id eſt dignam adorari. et (te viuificam crucem) id eſt vitam facientem ſiue dantem Et nos (canimus tibi ſemper) qui prius eramus (ſerui) id eſt ſeruilis conditionis (per lignum) ſupple paradiſi. de cuius fructu contra mandatū dei



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adam guſtauit. ac per hoc in ſeruitutem redactus eſt. ⁊ a paradiſo expul-ſus. ſed modo (liberi) id eſt liberati (per te) lignuꝫ ſancte crucis. Unde di-cit Paulus. Nos autem gloriari opoꝛꝫ in cruce domini noſtri ieſu chriſti in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio ꝛc.

**Originale crimen necans in cruce nos a priuatis chriſte mū da malis. humanitatem miſeratus fragilem. per crucem ſan ctam lapſis dona veniam**

¶ Hic ponit effectus ſancte crucis cū deꝑcatione ad chriſtū. O (chriſte) ieſu qui es (necans) id eſt delens vel extinguens (originale crimen) .i. pec-catū. videlicet ade primi noſtri parentis. in quo originatum eſt et ab eo in poſteros tranſmiſſum. ⁊ ita ineſt toti humanitati (in cruce) moriēdo in ip-ſa (munda nos a priuatis malis) .i. occultis delictis. vel (ꝑuatis malis) a delictis vnicuiqꝫ ꝓꝑrijs. Et breuius ſic. O chriſte tu deleſti crimen origina le om̄ibus hominibꝰ qñ pependiſti in cruce. ita ſimiliter delere velis ꝑ vir-tutem ſancte crucis in nobis om̄ia noſtra ꝓꝑria crimina vel occulta crimi-na. Et tu (miſeratus fragilem humanitatem) id eſt debilem ⁊ inconſtan tem humanā naturā (dona lapſis) ſpᶜ nobis in peccatum (veniā) id eſt in dulgentiā ⁊ remiſſionē peccatoꝝ (per ſanctā crucem) quā tu ꝓꝑrio corpore tuo ſacraſti ⁊ ꝓpterea in ea multa mirabilia operaris.

**Protege. ſalua. benedic. ſanctifica populum cunctum crucis per ſignaculum. morbos auerte corporis ⁊ anime. hoc cōtra ſignum nullum ſtet periculum.**

¶ Oratio eſt O xp̄e (ꝓtege. ſalua. benedic. ſanctifica cunctū populū) chri ſtianū (per ſignaculū) id eſt ꝑ ſignū (crucis) ſᶜ ſancte. ⁊ (auerte) .i. remoue (morbos) id eſt infirmitates (corporis ⁊ anime) ⁊ ſic tandē (nullū pericu lum ſtet) id eſt ſtare vel durare poſſit (cōtra hoc ſignum) crucis.

Auerto is ere actiuum. i. remoueo. Sed auertoꝛ deponentale. i. ſperno vnde Boetius. Heu heu q̄ȝ ſurda miſeros auertitur aure

**Sit deo patri laus in cruce filij. ſit coequalis laus ſancto ſpi-ritui. ciuibus ſummis gaudium ſit angelis. honoꝛ in mūdo crucis exaltatio vel inuentio Amen**

¶ Hic laudatur ſancta trinitas hoc modo (Laus) id eſt laudatio (ſit deo patri in cruce filij) ſui. ſcȝ ieſu chriſti domini noſtri (coequalis laus) .i. ſimi lis gloria (ſit ſpiritui ſancto) id eſt paraclito. ⁊ (gaudium) id eſt leticia ⁊ ex ultatio (ſit angelis ſummis ciuibus) id eſt celeſtibꝰ incolis. et (exaltatio) ſublimatio (vel inuentio) id eſt repertio (crucis) ſᶜ ſancte. quia duo ſunt feſta. ſit (honoꝛ) id eſt reuerentia (in mundo) quia totus mundus gaudet et exultat in ſolennitate ſancte crucis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

r Remigius preſul meritis ortuqꝫ venuſtus. Francoꝝ
domino gentem peperit luculentam

Iſtud ē carmē heroycū qđ loco hymni dicit̄ de ſancto Remigio remēſis eccleſie archiep̄o. Iſte beatus Remigius regē et gentē francoꝝ ad fidē cōuertit. ſicut tāgit hec p̄ma pars Et claruit miraculis. multis remedia preſtādo. ſicut dicit pars ſecūda. Qui vt nobis ſimiliter ſubueniat petit ꝑs tertia. Partes patebūt in ꝓceſſu. Dicit p̄mo ſic (Remigius preſul) id ē epiſcopus remēſis (venuſtus). i. pulcer vel decorus (meritis). i. virtutibus (ortuqꝫ). i. origine parētū (peperit). i. ꝓcurauit predicationibꝫ ſuis (dn̄o francoꝝ). i. regi francoꝝ Clodoneo (gentē luculentā). i. pulcram et fulgidam luce ſacre fidei. qua ſanctus remigius hanc gentem illuſtrauit Remigius eīn dicitur a remi qđ eſt paſcēs ⁊ geos terra quaſi paſcēs terrenos doctrina Venuſtꝰ dicit̄ a venere q̄ dea pulcritudinis ē vel ipſa pulcritudo. ſm̄ Papiā venuſtus. i. ſapiēs modeſtus ornatꝰ facetꝰ formoſus Luculentū dicit̄ pulcrū bonū ꝑſpicuū a luce. ⁊ dicitur a luce ⁊ lētos qđ eſt plenū quaſi luce plenum. hic ponitur prima breui. vix poteſt excuſari. cum lux lucis ſit prima longa.

Remedium preſtās magnum precibus miſerorum Hic mēbris redolendo ſacris pius ac venerandus

Conſtrue. ſc beatus remigius (preſtans precibꝫ miſeroꝝ) id eſt hominū defectuoſoꝝ (magnū remediū) id eſt auxiliū ⁊ medelam (hic) ſc remigiꝰ exiſtens (pius). i. benignus (ac venerādus). i. honorādus (redolēdo) bene olendo (ſacris mēbris) hoc de reliquijs in tūba ſepulchri incluſis intelligi poteſt. qꝛ bene redolebāt. ⁊ patientibꝫ remedia ab eis ꝓuenerūt. Remediū prima breuis ē. ⁊ hic longa ponit̄. qua autoritate neſcitur. Apparet ꝙ autor huius hymni plus ſententiā q̄ꝫ metri mēſurā pēſauit. Et ſimiliter in multis hymnis videbit̄. q̄ ꝓpterea rithmi potius q̄ꝫ metra appellari merebuntur.

Subueniat nunc magnificus noſtris quoqꝫ votis. Eterne patrie ciues fore quo mereamur.

Oratio eſt que elicitur ex predictis hoc mō (quoqꝫ) ꝑ etiā Idē remigiꝰ qui ſolet preſtare remediū precibꝫ miſeroꝝ (magnificus). i. glorioſus diuerſis meritis et virtutibꝫ (ſubueniat nunc). i. in preſenti (noſtris votis) id eſt deſiderijs vel petitionibꝫ (quo) id ē vt (mereamur fore ciues). i. incole ⁊ inhabitatores (eterne patrie). i. regni celeſtis. qđ nobis tribuat q̄ ſanctū Remigiū gratijs et donis illuminauit eūqꝫ glorie ſue ꝑticipē fecit

¶ Hymnarius cum bona expoſitione notabiliqꝫ cōmento magna cū diligentia correctus cum q̄ꝫpluribꝫ alijs hymnis prius non additis elaboratiſſime impreſſus in ſancta Colonia ꝑ Henricum Quentell. Anno incarnationis dominice M. cccc. xcix. decima die Martij.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sequitur tabula hymnorum ſm̄ numerū foliorum.


| | |
|---|---|
| ¶ A ſolis ortus | Fo. xviij |
| Agnoſcat om̄e ſeculū | fo. liiij |
| Ales diei nuncius | fo. ix. |
| Aurora iam ſpar. | xv |
| Aue maris ſtella | xx |
| Angularis fundamētū | xlvij |
| Audi benigne | xxv |
| Aurora lucis | xxxi |
| Ad cenam agni | xxxij |
| Aurea luce | xxxix |
| ¶ Beata nobis gau. | xxxv |
| ¶ Chriſte qui lux | vi |
| Celi deus ſanctiſſime | xi |
| Celum choruſcans | lv |
| Conſors paterni | ix |
| Chorus noue | xxix |
| Conditor alme | xv |
| Cōſcendat vſqꝫ ſydera | lxviij |
| Chriſte redēptor gentiū | xvij |
| Chriſte ſanctoꝝ decus | xxiij |
| Clarum decus | xxv |
| Chriſte redēptor omniū | xli |
| Crux fidelis | xxix |
| Corde natus | xlviij |
| Criſte ſanctoꝝ decus an. | xl |
| Cultor dei | lx |
| ¶ Dicamus omnes | xxvi |
| Decus ſacrati | lxx |
| Doctor egregie | xxxix |
| Deus tuorum | xlv |
| Deus creator | lvij |
| ¶ Eterne rerum | ij |
| Ecce nunc tempus ydo. | xxv |
| Ecce iam noctis | iiij |
| Eterna celi gloria | xiij |
| Ex more docti | xxvi |
| Eterne rex al. | xxxij |
| Exultet celum | xliij |
| Eterna chriſti | xliij |
| En gratulemur | lxvi |
| En martyris | lxviij |
| ¶ Feſtum nunc celebre | xlix |
| Felix per omnes | xxxviij |
| Fit porta xp̄i | xlix |
| Fratres vnanimes | lxxiiij |
| ¶ Gloria laus | lxiij |
| Gaude viſceribꝰ | li |
| ¶ Hoſtis herodes | xix |
| Hymnū cantamus | lxx |
| ¶ Iam lucis orto | iiij |
| Immenſe celi | viij |
| Iam chriſte ſol | xxiiij |
| Ieſu noſtra redēptio | xxxiij |
| Iam ter quaternis | lviij |
| Ieſus refulſit | lvi |
| Ieſu quadragenarie | lix |
| Iam xp̄s aſtra | xxxiiij |
| Ieſu ſaluator ſecu. ver | lxiiij |
| Inuentor rutili | lij |
| Ieſu ſalua. ſecu. redēp. | xlij |
| Iſte confeſſor | xliiij |
| Ieſu corona | xlvi |
| Imbuit poſt hinc | xxiiij |
| In mariā vite viam | lxv |
| ¶ Katherine collau. | lxxi |
| ¶ Lucis creator | vi |
| Lux ecce ſurgit | xij |
| Luſtra ſex qui | xxix |
| ¶ Magne deus | xij |
| Magno ſaluris | lxi |
| Martyris ecce | xxij |
| Martine par apl̄is | xliij |
| Martyr dei qui | xlvi |
| Maria mater | lxix |
| ¶ Nocte ſurgentes | iij |
| Nunc ſancte nobis | v |
| Nunc tēpus accepta. | lix |
| Nox et tenebre | x |
| Nox atra | xi |
| Nuncium vobis | xix |
| ¶ O lux beata | xv |
| O glorioſa domina | xxi |
| O q̄ glorifica luce | xxij |
| O nazarene | lx |
| ¶ Primo dieꝝ om̄i | fo. i. |
| Plaſmator hoīs | xiij |

| | |
|---|---|
| Pange lingua | xxviij |
| Preco preclarus | lxxiij |
| Petrus cathe. | xxxviij |
| Pange lingua | fo.l. |
| ¶ Quem terra pontus | xx |
| Quod chorus vatum | xxi |
| ¶ Rector potens | v |
| Rerum deus | v |
| Rerum creator | x |
| Rex eterne domine | xxx |
| Rex chriſte martini | xlij |
| Rex glorioſe mar. | xlv |
| Rex xp̄e factor omniū | lxij |
| Remigius preſul. | lxxvi |
| ¶ Somno refectis | vij |
| Splendor paterne | vij |
| Summe deus clementie | xiiij |
| Sanctorum meritis | xliiij |
| Salue feſta dies | lxiij |
| Summi largitor | lviij |
| Sancte dei precioſe | lxxiij |
| Salue crux | lxxv |
| ¶ Te lucis ante | l. |
| Telluris ingens con. | x |
| Tu trinitatis vnitas | xiij. |
| Tibi xp̄e ſplendor | xl |
| ¶ Verbum ſupernum | xvi |
| Vox clara ecce | xvi |
| Veni redemptor gentium | xvij |
| Verbum patris | lxv |
| Vexilla regis prodeunt | xxvij |
| Veni creator ſpiritus | xxxiiij |
| Ut queant laxis | xxxvi |
| Virginis proles | xlvi |
| Urbs beata hieruſalem | xlvij |
| Vita ſanctorum | liij |
| Votiua cunctis orbita | lxvij |


¶ Explicit tabula hymnorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Certe ergo veteris testamenti sacerdotes non
tamen deliquerunt in eorum sacrificiis. sicut unus
sacerdos novi testamenti in una missa ~~[illegible]~~
poterit peccare. Cuius hoc est ratio: quia illi in
sacrificiis sicut unus ~~sa~~ sacerdos novi testamenti
in una missa poterit peccare. Cuius hoc est ratio
quia illi in sacrificiis eorum mactaverunt

bernardus

Castitas sine charitate: est lampas sine oleo / subtrahe
oleum: lampas non lucet / tolle charitatem: castitas
non placebit deo /

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

mactaverunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

92 92

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf